

K



BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Nº 303.

ANNO 1625.

SUS PRIVILEGIOS

8 47
4 35
0 10

POLYANTHEA
MEDICIS SPECIO.
SA, CHIRVRGIS MIRIFICA,
MYREPSICIS VALDE VTLIS
& necessaria.

IN QVINQVE PARTES DIVISA.

AUTHORE ALPHONSO GOME-
tio de la Parra & Areualo, Medico in
oppido Tembleti.

AD DIGNISSIMVM, CELEBERRIMVM-
què Dominum Licentiatum Melchorem à Molina de supremo
Consilio Castella Regis potentissimi Philippi IIII.
Senatorem, eiusque Camerarium
Auditorem.

Anno

1625.



CVM PRIVILEGIO.

Matriti ex officina Ioannis Gonçalez.

Prima pars. De pestiferis tonsillarum ulceribus, de chironijs, & ignis omis faucium, id est, de morbo suffocatio ex ulcere.

Secunda pars. De fonticulis, & cauterijs tam actualibus, quam potentialibus, de sphærulis, & setonibus.

Tertia pars. De satietate stomachi.

Quarta pars. De laudibus aquarum pluvialium, & fontanarum, & cur aqua dicitur.

Quinta pars. Detritico candarusio, & flano, de silagine, furno, clivano, pane, & sale.



CVM PRIVILEGIO

M. I. ex officiis Iosephi Gouyjess.

SVMA

SVMA DE TASSA.

Està tassado este libro por los señores del
Consejo a quattro maravedis cada pliego,
como consta de su tassa, despachada por Juan
de Villaceualllos, en Madrid a 13. de Março de
1625. años.

ERRATA.

Fol. 2. pag. 2. lin. 14. virim, lege, viris. fol. 21. pag. 2. li. 15.
tri, lege, fri. fol. 36. pag. 1. lin. 21. cathotiō, lege, catho-
to, pag. 2. lin. 14. tetra, 3. 5. lege, tetra 3. ser. & alibi. fol. 59.
pag. 2. lin. 18. rubicantia, lege, rubiscātia. fol. 85. lin. 8. le-
gatur opitulatuī morbo comitiali. Hic liber, déptis his
mendis, suo exemplari respondet. Matriti 25. Februarij
 anni 1625.

*Licenc. Murcia
de la Llana.*

SVMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene priuilegio de su Magestad el Licēiado Alóso Gomez de
Arevalo pordiez años, para poder imprimir esta Poliātea Me-
dicinal sin que otra persona sin su licencia la pueda imprimir,
so las penas en el dicho priuilegio cōtenidas, despachado en Ma-
drid a 27. del mes de Febrero de 1621. y refrendado de Pedro de
Contreras Secretario del Rey nuestro Señor.

APROVACION.

POr mandado de V. Alteza he visto un libro intitulado, Polianica medicinal, que el Licenciado Alonso Gomez de Areualo Medico, vezino de la villa de Tembleque, ha compuesto: el qual es muy prouechosof para la salud, y el Autor es muy docto: y assi puede V. A. siendo servido, darle licencia para que se imprima. En Madrid a 13. de Hebrero de 1621. años.

El Licenc. Rojas.

SUMA DEL PRIVILEGIOS

-089A

5

PRÆ-

PRAE CLARISSIMO
DOMINO, AC DOMINO M E O
Licentiato Melchiori de Molina, è Consilio
Catholicae Maiestatis Regio potētissimi Phi-
lippi Quarti, supremo Castellæ, eius.
què Camerario Au-
ditori:

LICENTIATVS ALPHONSVS GO-
metius Parra y Areualo Medicus, S.P.D.

 VI Studiorum suorum specimē aliquod in lucē edere, diuulgare-
que, dignissime Senator, exop-
tant, illud veterum prstantissi-
morum moribus fuisse receptum
producta testatur consuetudo, prius nominatis-
simos, & in litteris consumatisimos in memo-
riā reuocent Principes, quorū tutela sibi, suisq;
propugnaculū inuestigauerint, ad plurima for-
tuna & discrimina munitissimū, ut à Zoilis, qui
dente wiperiso omnia denastare, & corrodere
desiderat, tutissimi euadat, & pretiosè liberen-
tur, eorū etiā patrocinio abdita, & nimis in me-

dicina sepulta oculatissimè, & ardenti animo
conspicere, & trutinari valeant. Cū autē in te
omnes Reges, Principes, ciuitates, & populi fi-
xos, coniectosq; oculos habeant, & à vouis iura
petāt, à vouis consilia, salutē integrā tanquā à
dijs quibusdā immortalibus reuocent, & clemē-
tiā singularē, pietatē, charitatē, Christianā Re-
ligionem, humilitatem, & benignitatem amēt,
necnon admirarentur, & in una tam singulari
prudentia admirabilem cōnexum omniū, qua
natura in omnes cōferre potuit, vide ant. Factū
est, ut vestrorum Consilijs praeclarissimis ad cœ-
lum usq; plena sint elementa: verumenim ve-
rò de tuis virtutibus, & admirandis animi do-
tibus silere potius debeo; tacendo namquè plus-
rima loquor, cūm certatim te omnes gentes, &
nationes non laudibus tantū summis efferāt,
sed tacita etiam admiratione animis prosequā-
tur. & collāt. Hinc enim fit, ut lato animo, sere-
naquè fronte, iterum atq; iterum rogem, hāc
meam Polyantheam, seu farragine sub tuo præ-
sidio suscipias, tanquam signum quoddā meū,
iusta ac (ò nobilissime Domine mi) debitā ser-
uituris, in qua non rem, sed animum spectes ro-

go, neq; alienum à tua dignitate ducas, siquidē
doctissimorum virorum est litteras quascunq;
amplecti, & eligere, & inspectatissimos, princi-
palissimosq; fructus conuertere. Accipe iterum
vehementer deprecor, non secus, ac ille Anti-
gonus antiquorū historijs mirifice liberatus, qui
cūm nauī fracta tabulam sumpsisset, eamq;
fortiter amplexu tenens, ad littus sanus euasit,
Iobi, cuius prudentia satuum accidisse existi-
mauit, litauit, ita pari p̄esu hoc meum volumē,
& si ex meis armarijs, & studijs ciassa Miner-
ua deductum deuoueo tibi, tandem hūc meum
laborem benignissimo animo recipias iterū, atq;
iterū obsecro, & per Nestoreos annos viuas,
vitam degasrogo. Vale, decus, & ornamen-
tum totius nostræ Hispanie.

*PRUDENTISSIMO, PARITER,
amantissimo Lectori, Alphonsus Go-
metius de la Parra & Areualus
S. P. dicit.*

MUltoties mecum, candide, & syn-
cerissime Lector, recognoui, &
sicut & logè perspexi, cordatè &
curiosè examinaui, illud Capani,
apud veteres studiosos & insignes
non esse vanum, sed proculdubio spaciosum
& integrum, utile quidem, ac gloriæ, & hono-
ris plenum, nihil tam pestilēs, arduum, atque
difficillimum, nullum tamen malorum genus
debachari, cui non sit inuentum, & indaga-
tum præsidium, à medicis illustratum, insig-
niter atque exactè cognitū: quapropter cen-
seō ego, medicinam inter omnes artes, & for-
san scientias, præclarissimam esse, siquidē sa-
nitatem infert, quę inter eximias corporis, tū
animi dotes, quas homini rerum benignitas
tribuit, alia non est selectior, pretiosior, nec
nobiliarior, ut satis superque explicauimus, opel-
lula de Fontanelis Theo. 35. & infra Theo. 5.
nihil-

AD LECTOREM.

Nihilominus tamē nō extra rem erit, nec dā-
nabit ostendere , & in propatulo reddere,
quòd omnis libido crapulæ , opes, fastidium
ingerunt, atque ut semel proferā omnia, imò
& ipse vitæ, celebris ars medica nusquam fa-
stidium reddit, nam ut testatur Hippocra.lib.
de decenti ornatu, in ea omnia quæ ad sapien-
tiā requirūtur, latitant, argenti quippe con-
temptus, reverentia, verecundia, habitus su-
missus, authoritas, iudicium, quies, munditia,
doctrina, cognitio ad vitam , alienitas à mer-
cimonij, alienitas à superstitione, præeminē-
tia diuina, lib.præterea de arte, medicina ra-
tiones in se ipsas plenas & abundantes reti-
net, & si fortè opem ferre molita est, citra cul-
pam exhibet; cùm ergo hæc omnia perpēdo,
colligo, religo, euoluo, atque sēper rumino,
me totū libentissimo, audaci, acrique animo
studijs , & vigilijs arti Apollineæ dedo , ut
quantum in me sit, & viribus constare valeā,
germanam, integram, & principalissimā me-
dendi vlcera faucium, quæ morbum suffoca-
tiuum faciunt medicare, possum, qua in re pau-
ca porrò & arti medicinæ proficua , & neces-
saria

AD LECTOREM.

saria (tā à veteribus, quā à iuniorib⁹, vt Theo.
25. dicimus, exarata & nucleataq; iacēt; hæc au-
tem nimis obscura, dissecta, distorta, & dimi-
nuta, & perperam distributa) quo sit ni mesen-
sus fallit, vt aliam gratiorem medendi viam
egomet tradam, & per Theorematā exponā,
in quibus solummodo erit tractatio, & cura-
tio de v̄lceribus malignis, & chironis fauciū
per cauteria potentialia, actualia, per cucurbi-
tulas, etiam & per alia: differam itē veluti per
transenam, de gutturis inflammationib⁹ ve-
nēnōsis fauciū, & vt ingenne fatear, tūc incep-
tē, friuole, & absurde. Verum enim vero qui
huic pestifero v̄lceri faucium, alijsque itē mor-
bis, prudentius & aptius se adiungere volue-
xit, enodatamque, & congruam medelā de-
monstrare, percurrat ad Prothomedicum O-
ualle, reliquosque inuictissimi & Christianissi-
mi Regis Philippi III. Medicos, nec non ad
Ioannem Franciscum Fioquetum serenissimi
Principis Medicū, è quorū theatris, & biblio-
thecis, veluti ab equo Troiano meliflua, &
dulcissima, emanabunt documenta, amplissi-
ma dogmata, præclarā cōsilia, iudicia grauia,
inau-

AD LECTOREM.

inauditæ atq; pretiosæ doctrinæ. Huc precor
igitur omnes, & iterum hoc precor, accedite,
qui liberales colitis disciplinas, hic deniq; cū
et concutite, qui in philosophia, arte medi-
ca, & in omnibus scientijs perpetuus veritatis
ardor inflammat: nam si quid Hippocraticū,
aut Galenicum, vel Aristotelicum humana
mens excogitare, aut apprehēdere circunspe-
cte, & Attice desiderat, apud hos elaboratū,
& graphice depictum reperiet, ut omnes me-
dicinæ Coriphei fatetur, lege charissime Le-
ctor, & magno hoc labore bonis auibus, & fa-
uentibus auris fruere. Vale.

DE

МЕЛОДИЯ

meccanipsa austriaca A. St.,
groug wiblonged jspoe posis spue,
dicens Cabilpe turgor, ruge cspalidic,
g: distil pice dcpidom, rubeo, ruge omois.
cra: Vultice deinde, rubeo, ruge omois posist,
meas excofficio, osceppeseg, ruge omois
au: Cabilpe, ay. Atiipotam, quasa
tig: lypitam, ruge omois, ruge omois
ge: g: in omuipos. i. mala pelle nascitur
g: coconutum, dudu lypitam, ruge omois
di: lipitam, ruge omois, ruge omois
g: ligtam, ruge omois, ruge omois

30



DE
CAVTERIIS, ET
PESTIFERIS TONSILLA-
RVM VLKERIBVS.

THEOREMA PRIMVM.

IN QVO DISPUTATVR:
Quibus nominibus morbus suffocatius no-
minetur, tam à Veteribus, quam
à Neotericis.

CVM nihil magis homines inde-
lirium trahat, præcipue si indocti
sint, quam ipsa pestilens ambitio,
qua plurimi inducuntur (qui vt
præ ceteris scire, ac sapere videā-
tur, nihil aliud noctu diuque moliuntur, quam
noui, inauditique aliquid exarare: & vt conse-
quantur fucatis sophismatibus, suas concinnat
sententias, quibus studioſa iuuentus, cui non tā
facile innotuit, impostura decipiatur.) Statui

A

& fi-

Decau ter. Et pestif. tonsi. ulcer.

& fixa mente proposui rem de morbo suffocatiuo altius & penitius perpendere: qui ex vlcere maligno, & igniuomo oris ortum ducit, quamuis Medicis, & Chirurgis præclarissimis audax; & temerarium facinus, & omni imprudētia plenum esse appareat, siquidem proculdubio aggredior negotium, cuius finē, aut fœlicem euentum, fidissimo & diurno firmatum est experimento, nunquam quempiam perdoctè adeptum fuisse: verū quia illius expositio congrua, & germana medela mihi cō mendata est, proferam non quidquid venerit in bucam, vt dici solet, sed quæ multo antea obseruaui, vidi, atq; cum multis peritis simis Medicis, & Chirurgis, multis vltro citroque verbis habitis, de recta curandi de illo via controuersaui. Sectabor porrò eorum placita, & vestigia, qui se se veritati exactius, & accommodatius cohærent: quæ prædicta, si à me adepta fuerint, sortem meā laudabilem, cum spē statissimis, & solertissimis hominibus gloriabor: nam ab opinantium & conscribentium labyrintho illam veram, & genuinā exhauire, mēti nihil vtilius, aptius, & potius esse videtur: de cetero dissident plurimi, & digladiantes conspexi, qui morbum suffocatiuum ex vlcere, chironium vlcus, aut malignum

num faucium, & tonsillarū esse pronuntiabant. Alios considerauit, & intellexi, qui ex censura Arethei Cappa, & Aetij vlcera crux trofa scartotica faucium, & tonsillarū pestifera esse proferebant, & inter aphtharum genera colloca- runt. Præterea incidi in Chartam Imperialem Matriti in lucem editam, à quodam Apocripho, qui conspiranter morbum suffocatium nihil aliud esse, nisi carbunculum anginosum affirmabat. Itaque quid in tāta scriptorum va- rietate, in tam multifarijs Auctorum præcep- ptis, & diuersis ingenij sit præmeditandum, & curiosè tradendum studiosis durum & per- plexū conspicitur: ego autem dimissis iuniori- bus malui Græcorum doctrinam prosequi, & ex eorum monumentis definitionē deprome- re, & hic transferre, ut postmodum cognosces, quam aliorum sectari opinionem, sed prius an de nominibus sit disputandum dicam.

THEOREMA II.

An de nominibus sit disputandum?

NVlla est profecto ars ita expedita, cog- nita, & clara, in qua variae & diuersae censuræ, & iudicia esse nō possint; qua- propter, ut prætermittam indefatigabiles Au-

De cæuter. & pestif. tonsi. ulcer.

Etorum contentiones explicabo brevi verbo-
rum complexu nomina esse aduertenda ad re-
rum cognitionem, faberrimè id sensit Gal. lib.
de differentijs febrium, vbi nomina cognosce-
re insinuat, & plurimum conferre ait, & etiam
ratione cōprobatur, nam quomodo catapla-
mata, emplastra, malagmata, pastili vnguen-
ta, & multa alia discriminabuntur, si te nomi-
na fugiant? Docta sanè est Pollucis opinio, qui
scitissimè affirmat, quo nomine res vocentur,
in primis esse cognoscendum, & Arist. 4. Phy-
sicon. quid nominis scire, esse principium do-
ctrinæ retulit. Isocrates item appellationes re-
rum virim earum scribere, & Gal. lib. 1. de dif-
ferentijs pulsu: Occupatio circa nomina est
nobis necessaria, tandem nomina non sunt no-
bis aspernenda, sed eatenus tenenda, quaten-
sus nos in cognitionen rerum deducunt: testa-
tur etiam Arnaldus Villanouanus de regulis
generalibus apho. 12. notitiam nominum pro-
desse ad doctrinam, & apud Iuristas de verbo-
rum significatione, in suis pandectaris, afferit
& Fabius ad calcem institut. libro 5. & quod
nominum contemplatio sit grata, & proficia
hinc perdiscant Medici, & Chirurgiæ arti in-
sudantes, quia oris vitia aliter, & aliter nomi-
nantur apud Gal. libr. namque 6. de composit.

pharmac. secundum locos, aphthas vocat vi.
 cera quædam oris nigra, rubra, non dissimilia
 ab ijs, quæ ab igne fiunt, & interdum à malig-
 no succo & venenoso, qui linguam, & gingi-
 uas corrodit, insuper circa dentes erumpūt tu-
 berculæ, quæ epulides nuncupantur; exigui itē
 abscessus circa gingiuas, qui parulides nomen
 fortitur, quorum nomina si perfectè, & integrè
 non perceperis, frustranea erit medela: affectus
 etiam varij in columella, id est, cion oriuntur,
 vt notat Gal. lib. secund. locos; denique tanta
 se offerunt morborum genera, & nomina, vt
 difficillimum sit ea comprehendere, vt nimis
 Atticè dixit Virgilius Latinæ Poesis Antistes,
 & Homericæ per omnia eruditionis maiesta-
 tis imitator obseruantissimus ait, qui omni
 studio, omni opera medicinæ operam dedit, vt
 testis est Seruius Maurus, aut sit Donatus in
 eius vita, cecinit autem 2. Georg.

Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint,
 Est numerus, neque enim numero comprehendere refert,
 Quem qui scire velit, Lybici velit aquoris idem
 Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenae.
 Aut tibi nauigijs violentior incidit Eurus,
 Nosse quot Ionijs veniant ad littora fluctus.

Turpitè, & infalsè agunt, qui nomina ad
 curandum morbum suffocatiū non musināt,

Decauter. & pestif. tonsi. ulcer.

vt vnicuique affectui, tam cauterijs, quam medicamentis reluctentur, nobis tamen in hoc refragantur leges, vt liquet in l. scire leges, ff. de cleme. & ideo dicit Accurs. ex auctoritate Tullij in Ruffo, ff. so. pertinacia nominum esse pertinacibus relinquenda, ob quam ratione dicit Gal. lib. 2. de differ. feb. nullam esse sibi curam nominum, tamen recte seipsum declarat, ait: Si res exacte cognoscuntur, & repetit libr. 11. de usu partiū, c. 7. neq; enim à Medicis contéendum de nominibus est, quod monuit li. 2. 1. method. & 2. ibi refert: Semper testamur, quod nomina contemnere oportet: minimè autem scientiam rerum, ea namq; ad salutem, & scientiam rerum magis pertinent: sapientissimus item Fabius Oratorum Maximus ait, lib. 3. Orat. institutio. cap. 6. vbi tractat, quis sit status, inquit: non interesse, quibus nominibus appelletur, dum res manifesta sit, summatim igitur asserimus, quod si ad cognitione obscurae sint res, nomina perfecte & industrie excogitari debet, ut res perspicaciores reddantur: sic quippe ulceræ faucium chironia, & igniuoma tonsillarum, neque confusanea, neque ad curationem absurdâ extiterint, quod si prædicta vobis non perplacent, ianuam huius certaminis mœliora sentientibus derelinquo.

THEOREMA III.

*In quo agitatur definitio morbi suffocatiui,
secundum placitum Apocriphi, qui
Matrii conscripsit.*

PER Apollinem iuro, quod plena est, quæ sequitur, admiratione, si quæ altera narratio hæc scriptura, difficillima sanè narratu, & intricata satis apud omnes medicinæ professores, in quorum desidijs componendis, & explicandis anxiosa solicitudine, inæqualique labore sumus usi, sed neque quid rei naturæ unquam à nobis postulet, in prauis nugis, absurdis, & temerarijs rationibus occupati, quæ plus generosa, dulcia, & grauia fuerint, tradam. Ad quæ intelligenda non omnes propositiones Apocriphi exarabo, esset certè longa, quam par erat controuersia, necnon & prolixia, ita ut legentibus, & audientibus fastidium generaret. Controuersabor ergo, quæ mihi magis arident, & dimittam innumera, quæ ille in charta Augustina posteritatis memorie commendavit: finaliter oportet singulari industria ea perpendere, curioseque de rebus inexploratis sententiam demonstrare, quamuis verior sententia eorum sit.

Defini.

Decanter. 5' pestif. tonsil. ulcer.

*Definitio incogniti Auctoris hunc obser-
uat tenorem.*

Carbunculus anginosus est faucium, aut
partis circumdantis tumor præter na-
turam, ex materia venenosa, arida, exu-
sta, feruenti, ampullas excitans, aut cruxram
albam, aut nigrum, aut liniidam, exulcerando
inducens, partem affectam inflammans, conta-
giosa per multos vagas, interficit strangulando.

Postmodum refert.

Cvatur iste affectus sanguinis missione, pur-
gatione humorū, coctione, clysteribus emol-
lientibus, & medicamentis lenitius fit expur-
gatio, & gargarismis mille vicibus vtēdum ex
aqua calida fontis, aut hordeacea, aut planta-
ginis, mixta, aut tepida, si calidior materia fue-
rit, ne facta repercussionē ad interiora recurrat
materia maligna, & suffocetur æger. Hæc defi-
nitio integra & solida est.

Ait deinde.

Cvatur iste affectus absque aceto, quia ulce-
ribus mordax & irritans est, præter id, quod
frigidum ulceribus inimicum, & inepta co-
ction

ictioni omnia reddit, quamquam malignus, & de natura canceri, carbūculus est, qui radicitus euelli exposcebat. Cæterū indicatione sumpta à parte principi ad officium, & vicinitatis ratione fieri non potest, nec ferro cādenti, nec minus scindenti, nec minus medicamentis vesicantibus venenosis illum tangere licet, ne inspirationis gratia inflammatio, vlcus, sœvitia morbiq[ue] malignitas augeatur: quare iucundius curatio sit, non medicamentis irritatibus, neque instrumentis abluētibus, agitantibus, & confricatibus, nam quoties fiat, toties lœdetur pars: solus ergo gargarismus vtilis est, & in pueris eorum medicamentorum usus per syringā satis bene immittere licet, sine numero, & exterius oleum Mathioli in bubo ne ponere, & emollientia, et si parum euocantia,

Insuper testatur.

VLtimum, verax, solū, diuinumque auxilium in hoc morbo pro omnibus cuiusvis ætatis inuenitum remedium, & nullum hucusque aliud est, quod in humeris versus scapulas, vesicaria caustica, emplastra magnitudine volæ manus, cognito morbo apponenda sūt in principio, & quandoq[ue] reiterata eadē die, quibus materia antecedēs, & coniuncta tantopere deriuabitur,

B atque

De canticis. & pestif. tonsi. ulcer.

atque evacuabitur, ut materia, & affectus minor factus euadat: quod quidem cum optima conferentia usus sum, & natura ab experientia optimè nos docuit, ex decubito quodam. Ceterum huius vesicatorij non semper est opus, sed solum quidem quando alia remedia maiora & celeriora non sufficiunt, tamquam non necessaria. Alia, ut dixi, Apocriphi auctoris, libens transeo.

THEOREMA IIII.

In quo manifestatur, quòd argumenta prouidentia sunt, ut veritas elucescat.

HAE c nostra Polyanthea medicinalis, quæ Græcanica lingua sic, Latinè tamē multitudo florum nuncupatur, rectissimè sibi nomen vendicabit: quia sumptis, & diuulis hinc & hinc varijs & multis floribus ex præclarissimis & nominatisimis Doctoribus, curis post etiissimi & Christianissimi Regis Philosophi Tertij: item ex Doctoribus Salmanticensibus, Vallesoletanis, & Tolitanis fasciculum construimus, adeò gratum odorem efflantem, ut non solum ferociissimi & maligni morbi carentur, verùm suribunda & crudelia symptomata sedentur, quantūvis difficillima, grauiaque sint. Sed ut vnde digressi sumus, reuertamus

mur, præmeditare summopere licet, quòd argumenta opifera, speciosaque sunt: quia candide veritatem explicant: sicque Campanus animaduertere iubet, lib. de ingratitudine, charta 3. Græcorum sunt testimonia prosequēda, quia omnia in controuersiam vertunt, et in certamē adducunt, ad veritatem declarandam, ex quorum farina egomet sum, nec me pudet, sed eorum sectam sequor, siquidem obscura et abdita in lucem reddunt. Huius suffragij est Ioannes Mirandulanus, quòd Antiqui, omnisque Philosophorum status, ad consequēdam, quam quærebant, veritatem, nihil erat eis elegantius, dignius, aut potius, quām quæstiones et argumēta, quibus constipulatur Antonius Citanedus, qui a seueranter testatur, quòd cōtrouersia integrum veritatis signum existit, suauissimus et commendabilis animæ cibus, nihil retinens, nec habens ingratitudinis; omnia autem promptè et expedite declarās. Sed ut ne frustrā multiplicemus sermones, quoniam adiectione non indiget plenitudo, distinctione 6. cap. de bene quidem. Et ne vendamus solem mense Augusti, et vt ait Horatius, ligna in syluā mittamus, tempestuum iam est considerare, quod Democritus ad Hippocratem in quadam epistola misit: O Hippocrates, cum viris natura præditis,

De cæter. & pestif. tonsi. ulcer.

quorum verbis omnia obscurare volunt, minime congregari, neque conuersari debemus. hoc tametsi verū sit, plurimū mihi arriet; igitur argumenta alacritatē inferūt, in palæstrā literariā cū illo descendere, qui Matrii chartā Augustinā scripsit de carbunculo anginoſo suffocatiuo, qui maluit nouā & absurdā definitionē de garroti-
llo tradere, quād ad Arethēum, virū preclarissimū accedere; qui (vt infrā ostendā) satis elegāter & insigniter demōstrat, morbū suffocatiū esse vlcus pestiferū malignū fanciū & tonsil. & inter genera aphtha. reponit. Illius tandem testimoniū non est audiendū, siquidē vt est di-
ctū, sub genere carbunculo. ponit. At quod probandum afferit ex Hippoc. 2. de morbis popul. Carbunculus est tumor pestilens, cruxram ſue ampullam inducens, 2. itidem de Meth. medendi, cap. 10. sed cūm hi prudentiſſimi viri non assignent partem affectam, vt fauces, tonsillas, guttur, aut aſophagum, fallitur, & cum eo omnes, qui ei ſubſcribunt. Neque ex 3. epide- percipi potest, t. 50. nam eius verba ſolūm ſonant cognouiffe. Item neque ex 3. t. 6. Nam quid refert ſpiritu in angina in ſublime ferri, & breui tempore strangulare, vt aliqui intelligant, Hippocratem cognouiffe hunc morbum ſuffocatiuum in genuina angina orta ex inflam-

matione gutturis spiritus in sublime fertur,
atque breui tempore infirmos ingulat, ut li-
quet ex Hippocrate libro 3. prognost. Itaque
certa & verissima sententia est, carbunculos
cognitos fuisse à veteribus, item à recentiori-
bus. Nullus autem prædixit, nec credidit, mor-
bum suffocatum, id est, garrotillo, esse car-
bunculum anginosum: erit autem vlcus chiro-
num, malignum, aut inflammatio venenosa fau-
ciū, & tonsillarū, vt notabimus in sequentibus,

THEOREMA V.

*Vbi suam de morbo suffocatio ponit Au-
ctor definitionem.*

ET ne instar hominis forensis deblatere-
mus, summatim quid de ea sentiamus,
exarabimus, ne lector verborum maxima
congerie stomachetur, cùm hoc tamen vt reū
studiosis faciamus satis. Prætereā, quæ ab alijs
dictitatæ sunt, addere aliqua decretū est mihi,
atque ea palam tradere, licet raro videantur
Medici, Herbarij, vel Chirurgi, qui sua arcana
pandere velint, si quid naeti sunt pulchrum, aut
familiare, in re, qua cùm mibi à natura consiliū
fuerit, meos labores, quale scumque extiterint,
omnibus tribuere, atq; generatim cōmendare,

De cauter. & pestif. tonsi. ulcer.

alienum et inhumanum fuerit , si inuidia , aut
auaritia compulsus , si quæ extiterint pretiosa
et præclara , silentio inuoluam , quibus iudicem
vñi medico , aut chirurgico , vel myrepstico vñ
lia esse et proficua : consultissimum ergo est ,
imò maximè necessarium , quod in hac nostra
farragine , siue Polyanthea , quod de tumoribus
colli , nec inflammationibus , nisi cursim non est
nostra tractatio , ut fo. 1. diximus : sigillatim au-
tem de cauterijs , et de reliquis ad vlcera fau-
cium , et tonsillarum prava et maligna , alia in-
termittere statui , ne nominū multitudo et pro-
digalitas , quæ vbiique odiosa esse solet , ambi-
guitatem nouam et hæsitationem mediocribus
ingenijs ostendat . Accedamus ergo ad defini-
tionem morbi suffocatiui .

Definitio huiusmodi eft.

ES T (me iudice) morbus suffocatiuus inter-
dum inflammatio venenosa faucium , etiam
et tonsillarum : interdum vlcus contagiosum ,
chironicum , cacoethes , ferinum , malignum ,
syriacum , igniuomum , ex materia venenosa ,
arida , feruenti , exusta , à capite descendens , mul-
tis et varijs symptomatis associatum .

Si quis emisicijs oculis diligenter contéple-
tur sententiam Galeni , quam (totius Medici-

næ hypato, & corypheus) scribit quarto apho-
ris. apho. 34. inueniet suffocationem nihil aliud
esse quam interitum subitum propter defectum
inspirationis. Cum materia autem, ex qua in-
flammatio, aut vlcus efficitur in ore, venenosa,
arida, atque ferina sit, fit, ut latera gutturis, gu-
læ, & partium adiacentium vehementer com-
primantur, & se contingant, non aliter quam
qui lino retorto se strangulat, sicque inspira-
tione abolita, ob vlcus, aut inflammationem
suffocatio aduenit cum plurimis & varijs sym-
ptomatisbus. Quid autem sit vlcus, vel inflam-
matio, non licet nobis in controversiam reuo-
care, cum satis superque à sapientissimis Au-
toribus, qui in arte Medica consenserunt, sit
exactè extricatum, præsertim à Galeno lib. 4.
Meth. cap. 1. vbi refert: Vlcus est solutio conti-
nui in partibus carnosis. Quæ et si integra & so-
lida est definitio, non desunt cauilloſi & ci- cū-
forani, qui eam non consopire musinent, inter
quos extat Ioānes de Guido cognomēto Cau-
liacensis: tamen an vera & germana sit defini-
tio, non expedit nobis in certamen adducere:
nam si in certamen vocaremus, latus & ingens
daretur campus. Hæc idè monere volui, quod
Medicinae purioris cupidos ad res diligentius,
quam vulgo fieri solet, inquirendas instigem.

THEO.

Decanter. Et pestif. tonsil. ulcer.

THEOREMA VI.

In quo de vleere contagioso aliqua declarantur, Et de pestifero Et maligno differitur.

Quid sit contagium, quotuplex ad instas per somitem, aut contactum, non omnino dispergo, vide tu apud Fracastorium lib. de contagio, aut apud Toreum Medicum Placentinum, lib. de febre punctulari, qui de hac materia ad radicem tractarunt. Interim autem contagiosum vlcus esse iudico, siquidem contagium illud est, quod ab uno in alium transfit, euaporando, quod cum ex tenui materia generetur, per aerem facile fertur, & ad instantis inficit, ut plurimum puerilem aetatem, & infestanter strangulat, & interficit. Fit contagiosum hoc vlcus etiam per contactum, nam plurimae visae sunt matres, quae cum puerulos lactarent, ab hoc contagioso & crudeli vlcere infectae sunt. Operae igitur pretium est, a contagiosis fugere, si minus perfecta erit Iunenalis doctrina, qui satyra 2. cecinit.

Dabit hæc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut grec totus in agro
Vnius scabie cadit, hoc porragine porci,

Vnuaq;

Nec non de chiro. Signis. f. au. 9

Vuaq; conspecta, luarem dicit ab tua.

Et Ouidius lib. 3. de Ponto.

Quis non è timidis agri contagia vitet,

Vicinum metuens, ne trahat inde malum.

Quę omnia optimè explicat Alciatus emblem.

165. dum his carminibus vicini malū exponit.

Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,

Altera erat figuli terrea, facta manus.

Hanc igitur rogat, illa velit sibi proxima ferri,

Iuncta ut præcipites utraque sistat aquas.

Cui lutea haud tua nobis sunt commercia cura,

Nec mihi proximitas hac mala multa ferat.

Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda,

Ipsa ego te fragilis hospite sola terat.

Insuper quòd vlcus sit pestiferum, ex Aretheo
desumitur, & ei ad stipulatur Galenus libro 1.
de ratione victus in morbis acutis, co. 1. t. 9:
qui tradens pestis definitionem ait. Illa est,
quæ multos ut plurimum interficit: cùm ergo
hoc contagiosum, & pestilens vlcus multos è
medio tollat, meritò sibi nomen vendicabit.
Effe præterea malignum vlcus, liquet ex Gale-
no libro 4. method. cap. 4. & libro de comp.
per genera 4. cap. 1. quibus in locis praua, &
maligna vlcera vocat, quæcumque difficulter
sanescunt, siue ob prauorum succorum conflu-
xum, vel ob male dispositā patiētis partis con-

C di-

Decanter. & pestif. tonsi. ulcer.

ditionem. Et esse malignum patet, quia infert symptomata pernicioſa, nempe partium extremarum frigus, syncopes, & anxietudines, quæ sapiunt naturam maligni morbi, ut tenet Galenus lib. 4. aphorism. aphor. 48.

THEOREMA VII.

*Explicat, quid sit ulcus Syriacum, igniuo-
mum, ferinum, crustosum, cacoethes.*

ES T hoc theorema dubijs plenum, intricatum, & rixidum satis: solertissimus Galenus ait lib. 4. method. cap. 4. Vlcus contumax, cacoethes illud est, quod et si omnia crite constituantur, & dispensentur, tale vlcus non sanescit: quod præceptum probè diuulgatum est; adeò namque rixidus humor, & pestiferus est, ut partes omnes faucium exulceret, & omnia antidota respuat. Est autem ferinum vlcus, ut ex Hippocrate liquet, lib. de locis in homine, quod curationi nō patrocinatur: esse autem Syriacum, Aegyptiacum, scharoticum, crustosum, & symptomata varia excitans, ex Aretheo, & Aetio postmodum videbis, & chirronum esse leges. Nuncupantur præterea vlebra igniuoma, quia ex ore ignem reiecant, adeoque exardescunt, ut non fallacem demonstrent censu-

Nec non de chiron. & igniuo. fauc. 10
censuram Ouidij, quam 7. Metamorphoseos
scribit.

Ora heu torrentur primum, flammisq; fatiscant,
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igne,
Aspera lingua tumet.

Et quidam ita cantauit.
Tartareus linguam pestis iam comprimit ardor
Peruerso, atque sitis, febre cogente perurit,
Oraq; torrentur plagis, labiaque tumescunt.

Cum animaduertere pulchrū nunc est, quòd
cum sit vlcus ita impensè contagiosum, mali-
gnum, & cacoethes, grauiissima excitat sym-
ptomata, quippe phrenitidem, orthopnœam,
tremores, subitas & frequentes deiectiones, at-
que alia innumera & detestanda accidentia,
quæ ocyter suffocando, mortē accelerant, nunc
de vlcere chironio alia meditemur.

THEOREMA VIII.

*In quo de vlcere chironio, & Auctore
est tractatio.*

TAmetsi iam tempus poscebat, vt de vl-
ceribus non differeremus, consulit rei
ratio, vt de chironio vlcere aliqua ven-
tilemus. Higinus fat. 138. testatur, Chironium
artem Medicam rectissimè & probè calluisse,

Decaute. & pestif. tonsi. ulcer.

circumspecteque intellexisse , cuius meminit Gal. in introductoribus , si illius est , de eo disseruit Plinius , & Medicū fuisse confirmat , & Chirurgum , vt refert Tiraquellus de nobilitate Medicorum , lib. 7. cap. 56. vbi ait , quod Trojanis temporibus contenti fuere Chironis medicamentis : & iterum Plinius libro 3. cap. 30. ait , & Theophrast. lib. 1. cap. 10. huius nominis commemorationem facit : necnon Nicander in Alexipharmacis , & Dioscorides libro 3. cap. 53. Galenus præterea chironium ulcus ab hoc esse dictum tenet , lib. 2. meth. cap. 2. quia cum difficulter sanaretur , illud ipse curauerat , & sanum hominem reddebat ; unde lepidè , suspicor , nomen chironij ulceris esse positū in garrotillo . Scripsit præterea Aegyneta Paulus libro 4. cap. 6. Chironia ulcera dicuntur , quia adeò terribilia , prauaque sunt in curatione , vt vix curam recipient : in quo sensu à nobis in definitione etiam ponuntur , & ante eum prædicterat Galenus libro 4. de compos. pharm. multis in locis , item & Cornelius Celsus lib. 5. cap. 28. & esse auctorem Chironium doctissimum dicit Plutarch. lib. de Musica ; Musicæ , simul & Medicinæ doctorem appellat : & Virgilius chironiam manum vocat carmine endecasyllabo .

Venit pectore subdolente vulnus,

Quod

Quod Chironia nec manu lauaret,

Nec Phabi soboles, vel clari Phabi.

Nunc persuasum est mihi, satis perdoctè in definitione esse positum vlcus chironium, siquidem adeò malignum & furibundum est, vt dictum est, quòd nisi à Chironio nō curetur morbus suffocatiuus, non sanescet, longius quām par est, sumus tracti. Sed cùm tam perplexa, confusa & conturbata sint in hac curatione omnia, vt postmodum conspicies, mirum non est, ad alia transire, consulit rei ratio.

THEOREMA IX.

Pulchrè ibi ponitur apud Antiquos, vt apud Aretheū, morbū suffocatiū esse cognitum, etiam apud Aetium, & notantur signa.

OMisera saecula, deprauata, absurdā, & male conciliata ingenia, atque etiam iudicia. Quantò aptius esset, dum nos ipsos in ijs forsan nugis, & imposturis cruciamur, in vera Medicinæ contemplatione versari, & interim permettere, vt alij inter se, & à seipsis dissentiant, quām sic disputationes aggredi? Verum enim uero cùm per argumenta, vt dixi, primatum veritas obtineat, non est, quod quispiam admiratione corripiatur. Prisci

11 Decauter. Epistif. tonsi. vlcera.

maioresque nostri morbum suffocatum intellexisse, perfectamque cognitionem percepisse per haec signa, quae ab eruditissimo Aretheo commendantur, &c per alia, quae addam, certissimum est. Inquit ergo ille lib. I. cap. 9. In tonsillis vlcera fiunt pestifera, tata, caua, alba, aut liuida, fordentia, quodam concreto humore maligno huius generis vlcera aphthae nuncupantur: quod si concreta illa fortes altius descendat, affectus ille Eschara est, atque ita Graece vocatur, Latinè crux: crux tam verò circumueniunt rubor excellens, & inflamatio, & venarum dolor, quemadmodum in carculo, & exiguae, raraeque pustulae, atque latum vlcus efficitur; si altius penetret, columellam, gingivam, & linguam exedit, dentes labefactantur, in collum etiam phlegmone erumpit, & febris, fœtore, atque inedia consumpti intereunt. At si in pectus per arteriam humor inuidat, illo eodem die strangulantur: pulmo, neque cor talis odoris fœditatem, neque vlcera, neque saniosos humores ferre possunt. Vocantur Aegyptiaca, & Syriaca vlcera, haec etenim regiones, & terræ habitatores frequentissime hoc affectu cruciantur. Hactenus solertiissimus Aretheus locutus est. Quis nunc iterum atque iterum rogo, erit tam veritatis refractarius, &

clara

men-

mentis inops, qui morbum suffocatiuum ex vulcere factum non esse affirmet? Addes tu etiam, quod in dies videtur signum pathognomicum verum, quod aperto ore, & lingua suppressa, candiditas ut plurimum in lingua apparet, que ab imo gulæ initium sumit, & cruxtram veluti membranam efficit, quæ guttur, gulam, & glottim conuestit: tandem tonsillas, fauces, nigros & liuidos magis colores propter maximam adustionem, obijcties, non esse signum proprium, siquidem in febribus ardentissimis, ut plurimum apparent illi colores, item in malignis. Nodus hic Herculeus sic absoluatur, quod in his deuorandi via non impeditur, vt in morbis suffocatiuis. Rursus neque in collo retro aures tumores demonstrantur, neque tam atrocia symptomata eueniunt, & vt morti melius adhaereat, euolue librum primum Arethei de morborum acutorum curatione, cap. 4. ubi de curatione morborum acutorum in fauicibus differit. Ex quibus, & predictis cognoscetis, morbum suffocatiuum ex vulcere cognitum fuisse, & inter genera aphtharum sedem recte habuisse: differunt tamen meo videri aliquatis per insuetitia morbi: quia vulcera quæ in fauicibus conspicuntur, & morbum suffocatiuum faciunt, à perniciosiori & maligniori succo ortum ducit,

quam

De cauter. & pestif. tonsi. vlcer.

quām verè aphthæ, quamuis vna et eadem sit per cauteria actua. curatio, item et potentia, vt infrà videbis.

THEOREMA X.

In quo ardua & difficilis curatio de vlcere morbi suffocatiui ostenditur.

CVM humana natura ob primum illud contagium multis et varijs ægritudinibus obnoxia sit, tot subiecta miserijs, et casibus, tam imbecillis euasit, vt à qualibet vel leui aura labefactetur, et acerrimo et crudeli oris vlcere in dies infestetur, cui (proh dolor) nulla Medicina, bona methodo exhibita auxiliari valēs existit, nullis vietuum obseruationibus, nullo consilio, aut arte, nullis artis præceptis cōsideratis, à rigidis symptomatibus in pristinū statū reduci egrotantes possint, sed temeritate potius, et audacia insolenti, artisque cōtemptu in peius euadunt omnes, quorū catalogum intexere, immensa esset tractatio copiosissimāque via, statui aliqua de vlcere suffocatiuo conscribere, vt integra salus recuperetur: sed tamen vt veritatem fatear, quod multi non liberentur ab hoc saeuo vlcere, et alijs affectiōibus, hæc sequens ratio est, et passim inuenimus,

mus, esse in quibusdam corpusculis morbos, quod operosa & industriosa manus Medici, aut Chirurgi nihil valet: frustranea autem cognoscitur, ita ut amplius aegrescantur, exacerbenturque, & in deteriorius vleera nostra chironia profiscantur. Quapropter diligenter studebam, longè melius esse, nullo uti praesidio, quam ea, quæ alijs fuere commodo, & saluti infamare; verum charitate motus, ut infrà videbis, aliqua per me lunt facilita, quæ magnam & constantem attulerunt salutem, et si medela dura & ardua erat, in tantum recitata veritatem fortiuntur, ut speciosè dixerit Virgilius 3.

Georg.

In qua quæ sita nocent artes, cessere magistri

Phylrides, Chiron, Amathoönusq; Melampus.

Et Ouidius.

Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,

Esset, crede mihi, factus & ille Geta.

Nam per louē ista curatio adeò intricata est, ut Diis ipsis difficilis sit, adeò sanè ut Mercurius cū suis Musis nō sanavit, neq; qui ab Aesculapio originatur, neq; qui ab Atheniē sibus fuit laudatus, & à Rege Artaxerxe, procurādo Democrito vocatus. Præterea adeò senticosa & horrida spicula in nos mittit hoc pestiferū vleus, ut nullos modis sanari possit, & ypsa verbora amba-

D gine

Decanter. & pestif. tonsi. ulcer.
gine fastidiam, & honorem, ut temperatā me-
rendā, breuitate, quae semper sumus vni, fungar.

THEOREMA XI.

*Vbi experientia. & cauteria laudantur, etiam
alia ad curationem morbi suffocatiū i ex-
ulcere faucium, quam ton-
fillarum.*

AD pensum peculiariter ut membra cōuer-
tam, & ad integrā & perfectam cura-
tionem accedā, quæ temporū euentus &
ætas demonstrarunt, libēter proferam, & quid
sit factitandum cum fonticulis, cucurbitulis,
cum scarificatione, sanguisugis, emplastris, vñ-
guentis, & setonibus, & per aliam multam me-
dicamentorum syluam aperiam, quæ præsidia
ab hinc quadraginta annis, magnis lucubratio-
nibus, atque studijs sum cōsecutus, & venatus:
exordiar tamen ab experientia (& theorema).
28. appositi de cauterijs innumera grauiā & no-
ua explicabo) de cetero pulchre profecto & sa-
gaciter Boetius rem tria perficere literis man-
dauit, quæ in omnibus magnam amplectuntur
vim, nempe artem, quam ames; experientiam,
quam obserues; meliores, quos imiteris: ars
promptos, experientia exercitatos, imitatiofa-
ciet.

cit artifices aptos; hæc tria simul summos & confidentes; at vnum humanum, & curationes, quam experientiam magnis fecit in multis locis Galen. cordatè & enodatè Quintilianus confirmavit lib. 3. orat. institutionum, quo loco de initio Rhetor. scribit, ait ibi: Homines cùm cōspicerent alia salubria, aut insalubria, ex obseruatione Medicinam inuenerunt, & experientia illustrarunt, & ei fidem praestarunt: cui concinit Aristoteles in Metaphysica: Medicina per experientiam cognita est, quod post ipsum eruditus Baldus cons. 136. proponit, quod Titus, column. 1. versiculo circa primum, libr. 2. co. ad experientiam prætermittendum tenet hoc Cornel. Gel. & multi Medicinæ cultores testantur. Ego item (obiter dicitur) hanc sector sententiam, nam plurimum, absit iactantia, valet mea ratio, cùm sim in inclyta mea patria assallariatus, & id paucis contingit, alijs sum antependus Auctorisbus, propterea quod qui publicè est conductus ad aliquam rem, & scientiā exercendam, illis magis cæteris credendum, ut eleganter a seric Mafcardus de probationibus, to. 3. 269. vide theor. 18. & de caut. actu multa alia adiungerem, sed prohibet theorem. longitudo, quæ iniustum volumen efficerent, eamq; ob causam molestum fore iudico, & metuo, cū

41 *De cancri & pestif. tans. vicer.*

hoc tamen, si meā bathologiam gratam vobis esse intelligam, faxit Deus, ut alias copiosius & certius conscribam.

THEOREMA XIII.

Quæ partes in ore fauces dicantur,
exponit.

ET ut iam ad Machaoniam artem paucis præstitis me conferam, consilium meum est, propter tyrones exponere, quæ partes fauces dicantur, ut ubi hoc pestiferū vleas sedem retineat, intelligatur, sed prius manifestabo, consilia esse amara, & maxime celebranda, ut tenet Panormitanus in cap. ex multis §. 1. ver. nota, quod pallens consilia deuota, & ibi dicit, text. 1. quod non sunt inutiles ad pugnandum, qui eti per se pugnare non possunt, matritate consilijs adesse valeant pugnantibus, & non solum ius limni istis, qui pugnare possunt, sed alijs modis usui belli esse possunt. Dicta proculdubio est Hippocratis censura in epistola ad Senatum Abderitarum: Legi vestram epistolam, & admiratus sum, quod ubi vobis hominem, veluti si unus homo esset tota ciuitas, turbati estis, & beati profecto sunt populi, qui bonos viros sua esse monumenta sciunt, & non turres, nec muros, sed sapientium viorum

rum sapientia consilia: prædicta tamen deducta
sunt ex prudentissimo & inclytissimo Homero lib. 3. illiad.

Consilio sanè, mulcoq[ue] robore præstat,
Hirsutam quicumque parat succindere syluum.

Consilio rufus nauclero in æquore nigro
Dirigit vnde uagam nauim raprantibus Austris;

Consilio auriga aurigam vincit, prætque.

Sunt prætereà duo carmina iuxta portam iuri
ris ciuilis in Academia Salmaticensi scripta sic.

Quia properè nequeunt, maturo tempore fuisse,

Viribus & præstat res sacra consilium.

Conuenientissimum ergo est, demōstrare ex cō-
silio Gale, quæ partes fauces dicātur, in spēcta-
tissimis suis scriptis, quibus frui cōmendabile
est, etiā ex Hipp. hoc ex karatū & alsignatū intu-
nimus: in 3 autē lib. progni fauces partes illæ iu-
dicātur esse, ubi aperto ore, quæ intra sunt, vide-
tur, quæ ibi occultata clauso ore erāt, quæ nobī-
lis doctrina amāda est, si quidē per Russū aucto-
rē antiquissimum Græcū cōfirmata est; lib. quip-
pe II. cap. 8. quo loco fauces vocat omnem illam
partē, quā interdeuorandū dilatamus, quam-
vis ista vera sunt, non abs re erit, Homerum in
omni Medicina, & Chirurgia solertissimum
adferre, qui quæ partes fauces dicantur, sic ait.
Faucibus erumpit, & in unque, humanaque membra.

THEO-

THEOREMA XIII.

In quo quid sit cion, id est, columella, aut gurgulio, notatur, & eius cura datur.

Reliquum est, nunc palam exponere partes, quæ intra os sunt, & earum curationes, ut postmodum recta ulcerum malignorum administretur medela, ne celeriter ægrotantes strangulentur, præcipue si ægrotantes ulcerem ferino in columella apprehendantur, siquidem ait Aretheus Cappadox lib. 1. de morborum acutorum curatione, cap. 8. quod ijs matutinè opem ferre decet: nam celerrima strangulatio & pernicies in columella semper impendet. Est igitur columella, aut gurgulio, aut ciō, ut patet ex Gal. lib. de compositio. pharm. secund. loc. cap. 3. Carnosa quedam particula in summa parte oris depedens, si quis aperiēs plurimū nos, linguam deprimat: quæ caruncula à veteribus Grecis cion nuncupatur. Præterea Actius lib. 8. cap. 4. columellam quidam, & gurgu. vocant. Idem asserit Avicenna qu. 3. cap. 1. Vua est substantia carnosa, pedens; super supernā in partem gloris: multis porro & diuersis nominibus pollet, secundum ægritudinem, qua-

Nec non de chiro. Signiuo. fauc. 16
vexatur, ut testis est Paul. Aegin. lib. 3. cap. 26.
nam si crassior ab ima parte, & rotundior, vua
dicitur: & hanc & reliquas sententias exacte
contestatur Hippocrates lib. de morbis 2. si vua
morbis in faucibus fiat, summa gurgu. gulæq;
pars, aqua impletur, & rotunda fit, et perluci-
da, et respirationem impedit: tandem ait Aui-
cenna q. 3. cap. 13 (etsi diximus habere diuer-
sa nomina secundum morbos, quibus crucia-
tur columella) quod in communi magis inflam-
matione tentatur, quam alijs affectibus. Idem
consulit Aetius lib. 8. cap. 40. nam vt compro-
bat Paulus lib. 3. cap. 31. gurgulio tamquam ali-
quod vocis plectrum distillatione à capite re-
cipit. Idem Galen. lib. 6. de compos. pharm: lo.
cap. 3. qui omnes acceperunt ab Hippocrate
lib. 2. de morb. sic ait: Gurgulio præcepit descen-
dit, fit rubicundus, temporis verò progressu ni-
gescit, et facile inflammatur: nigescit autem
hoc modo, venosus est gurgulio et crassus, et
postquam inflammatus est, caleficit, et præ ca-
liditate sanguinem ex vena attrahit. Afferit itē
Celsus lib. 6. cap. 14. in columella vehemens in-
flammatio deterrere debet. Curam igitur im-
pendere debemus, ut omni tempore à morbis
liberetur gurgulio, siue per medicamenta, san-
guinis missiones, et purgationes, aut per alia

De cauter. & pestif. tonsi. ulcer.

medicamēta, sed predicta curatio est repudian-
da, si vīc era mā ligna & crustrofa in columella.
ostendantur: nā m protinus huic cauteria actua.
aut potentia lia adhibemus, ad quod opus exa-
cte & perfecte perficiendum, euolve theor. 25.
& 26. vbi notatu pulchra audies, & forsan no-
strum confirmabis dogma, et si satis certo scio,
quōd nobis refra gatur Hippocrates lib. 2. pro-
gnoist. vbi ait, Cion; id est, gurgulio vritur, aut
secatur cum periculo, quando ruber fuerit, &
magna inflammatio, ad hoc sequitur & sangu-
nis eruptio: eiudem suffragij est Galenus 14.
method. cap. 13. Amputanda, inquit, est colu-
mella per Chirurgiæ opera, vel per caustica me-
dicamenta, verū medicamenta melius, neque
ab hoc consilio abdicare oportet votum Dio-
nysi Daçæ, qui libro de tumoribus, cap. de cu-
ratiohe columellæ protulit: quod verò vsus sū
in curatione gurgulionis, vbi corrumpitur, pu-
tre dinem aufero cum cauticis potentialibus,
ut pote cum oleovitrioli, aut sulphuris, aut cū
aqua, quam visurpant aurifices, verū et si om-
nis Academia amplissimorum Authorum ita
adstruat, nos veluti ad sacrum præsidium, ad
cauteria actualia confugimus, dummodo mor-
tuasint, quæ à Paulo Aegyneta parum refrige-
rata esse nominantur, vt dicit lib. 6. cap. 5. 8. ex
senten-

sententia aliorum nos carentes ferros sic ad-
ministramus, & quotiescumque in ore esse ap-
plicando dicimus, in hoc sensu accipere con-
uenit, nisi in craneo, & sub lingua, siquidē do-
lorem parum inferunt, quod non cōtingit cau-
terijs, quæ scintillant. Notabis tamen, quod si
agrotantes timidi sunt, aptiora erunt poten-
tialia: considerabis prætereà, quod prædicti
præstantissimi scriptores non contestantur,
quod si utio fuit in eion, mors protinus subse-
quitur: sed quod curandi methodus illa valde
periculosa est. Prædictis finaliter Auctoriibus
hoc responsum damus (necnon etiam Aretheo
Cappadocio, qui alleueranter tenet, libro 1.
cap. 9. porro vitium adurere cum in superiori
parte sit, imprudentis est, propter isthmum, sed
medicamentis igni similibus, quo & depastio
coerceretur, & crux deciderat, optima est
dialcitiæ cum trita cadmia ex acetoresto autem
cadmia potionē dupla, & rhei radix cum ali-
quo humore. Auicenna aliam sectatur doctri-
nam, & satis celebrem, qui cum alumine, asa
fœtida, & sale putredinem columellæ rescin-
dit) quod nos ex experimento fidissimo, à præ-
dictis curationibus abstinemus, non tamen à
cauterijs actualibus, vel potentialibus.

Decanter. & pestif. tonsi. ulcer.

THEOREMA X^{IV}.

*In quo quid sit gula, aut aspera arteria decla-
ratur, quare itē quidam aptius liquida,
quām solida deuorant, &
contrā.*

Tempus, & rei magnitudo iam poscere
videtur, ut in meis scriptis tyronibus
Medicis aperta fronte aperiam, & tri-
buā, quid sit gula, siue æsophagus. Est ergo gu-
la sic à Latinis vocata; à Græcis tamen floma-
chus, ut lib. de compot. pharm. secun. iocos. &
lib. 12. method. cap. 11. in principio, & 4. de vſu
part. Galenus probat, à Barbaris merum, ut
oculatissimus Avicenna sen. 3. lib. 13. ait: Pars
nostrī corporis angusta & longa, per quam ci-
bus descendit, ut inquit Aristoteles lib. de hist.
animalium, cap. 16. Galenus autem inquit lib. 5,
de locis affectis, esse partem quandam, quæ in-
ter fauces, & os ventriculi media est, quam ve-
teres olim æsophagum nominabant. Avicenna
iterum ait, esse partem ventriculo continuam:
Aristoteles verò, qui miro ordine naturæ om-
nia componit, exponit lib. 3. de partib. animal.
cap. 3. Gula nihil aliud est, quām pars, per quā
potus & cibus pertransit, & deuoratur. Quo in
loco

loco confirmat, quod in omnibus animalibus non reperitur gula, sed tantum in illis, quibus collum adest, quia gula ad cibum trahere non indigent, quibus collum est, ut ipse comprobat lib. 2. de historia animalium, cap. 14. ibi ait: *Qui quadrupedes viuipari sunt, ijs gula, atque arteria omnibus inest, eodemque situ, sed homini paulò infrā: deinde omnia, quæ aerem accipiunt & reddunt, amplectuntur pulmonem, & asperam arteriam, quæ nihil aliud est, quam membrum cauum, rotundum, longum à pulmone ortum dicens, multis radicibus constans, ex quibus trachearteria cōponitur, per quam aer exit, & intrat, ut nuntiatum est, quæ omnia exarata sunt, ut quæ sumus scripturi, clariora redantur: verumtamen ut iam quorumdam inepta & præcipitata debacchandi auferatur consuetudo, rationem trademus, ob quam quidam aptius & potius res liquidas deuorant, quam densas, & contra consultissimum esse iudico, tres assignare causas, ex testimonio Petri Garcia Carrerij lib. 34. disputationum, cap. 4. de angina. Prima est, debilitas fibrarum, quæ ad unum opus non potest contrahere: potest verò ad aliud; maior enim requiritur contractio ad res liquidas, quam ad solidas: nam potus propter tenuitatem imbibiti potest in poris gulæ,*

Habbi

E 2 non

De cæuter. & pestif. tonsi. ulcer.

non tamē solidus cibus, secundam commemo-
rat causam, exsiccatio cartilaginis, quæ com-
perit caput arteriæ: quando autem ita affici-
tur, ut non plenè (sicut oportet) cooperiatur,
ingreditur res liquida & potabilis, impeditur
que transitus per gulam res autem solida, cùm
non ingrediatur, quia via non ita patet deglu-
tiri: tertia autem causa est in appetentia, cùm
ad hanc actionem concurrat non solum virtus
naturalis, sed voluntaria potest ex distemperie
ventriculi contingere, ut sit in appetentia potus
potius quam cibi, aut è contrario circa vnum
bene, deterius circa aliud deglutio fiat: nunc
autem famatissima se offert historia, quā refert
Amatus Lusitanus cent. 6. curat. 49. de quadam
puella, se vidisse fæminam, quæ nisi vinū quid-
quam aliud deuorare non poterat: reddet tamē
rationem, quia villi oblongi debiles facti erāt
à frigida & humida causa, quo sit, ut vinum suo
præstanti calore partes illas corroboraret; aqua
verò minimè. Quod autem vino insita & fixa
instaurandi gulam, & reliquas partes sit vir-
tus, liquet ex Cantic. Canticorum, ubi ait: Gut-
tur sicut vinum optimum, dignum dilecto meo
ad potandum, labijs & dentibus illius ad rumi-
nandum. Quam insignem & celebrem vini in
corroborando facultatē, multis in locis extulit

Hippos

Hippocrates, necnō item Gal. cōcors etiam est Mauritanorū familia, sed tamen dignū profectō admiratione est, quod prodidit doctissimus Petrus Carrerius disput. prædicta, vīdisse se Franciscanū monachum, qui per spatiū viginti quartuor annorū circa abstinentiam cibi & potus se ita gessit, vt posteā nisi magna cum difficultate deuorare nō poterat, idq; longo tēporis spatiō: cui fides est adhibēda propter diuitē verbo rū supellecīlē, exactū iudiciū, rerū loculentam veritatē, idq; indubitata prorsus fide manifestū fit; siquidē omnia quæ ab ipso sunt exarata, pulchrā & principalissimā lectionē Galeni sapere omnes senes & iuuenes intelligunt, planeq; testantur.

THEOREMA XV.

Quid sit agendum, interrogatur si ægrotantes nihil possunt, aut saltum parum deuorare?
Vide theor. 5. de fatiatis.

Rogasti, ampliss. Doctor, vt in propatu-
lo redderē, & meis amātissimis Medicis
curiose & vigilāter ostenderē, si qui hoc
crudeli & pestifero ulcere oris cruciātur, nihil
deuorare, aut saltum parū possint, quid esset fa-
ctitandū, idq; sine inuidia, odio, & absq; calum-
nia declararē, ne si ægrotantes suffocētur, de re-

De cauter. & pestil. tonsi. ulcer

Medica malè audiat, dum nulla congrua pro abolendis & dissipandis malignis ulceribus medicamenta fuere usurpata. Cùm autem ea animi vigilantia & prudentia præditus sis, vt semper in omnibus collocandis horis te industrium & studiosum præbeas, aliosque ad boenas capessendas artes pro tua & omnium utilitate adhorteris, in hisque semper exerceas, non potui, cùm quod sensero, gratāter patefaciam, & in medio afferam, vt perfecta salus recuperetur. Te ergo sequor, & extollo, & plus quam alios Medicinæ authores approbo, & libenter amo; & compulsus fraterno amore, ac veritatis stimulo imitandum propono, quapropter dabimus operam, vt quæ selectiora fuerint, disputemus.

Tres Argutulus Abenzoar lib. i. tractat. 10. cap. 18. recēset modos, si nulla arte, aut ingenio quidquam poslunt deglutire, aut parum, quibus diligenter illis opitulari debemus, ne accidat nobis, quod probè conscripsit Fernelius, se vidisse mulierem, quæ per mensem nihil deuare potuit, & propter Medicorū ignauiam mortua fuit, quapropter perspēdere expeditissimū est sententiā Abēzoaris, qui asserit, cum omni studio & solitudine ad sanitatem eorum properare decet: pones ergo in illis fistulam argēti,

ti, aut stamni in gulam, et si canula, quam apponis, quod habeat caput strictum, & ponatur in ore intus; à parte autem exteriori sit latum, & scias, quod stomachus, quando apponis canulam in gulam, ad vomitum mouetur, tunc extrahe, et iterum pone, donec subuersio cesset, et postquam in manu teneas amplum fistulæ, et strictum in gulam, ejce lac recenter mulsum, vel pultes ex tritico, quo ex aliquo istorum nutritur æger. Secundus modus est, ut ægri ponantur in vase pleno lactis, aut brodij, et ibi detineantur, ut illud nutrimentum ingrediatur per poros corporis totius. Verum ait Abenzoar, hoc remedium frivolum et vanum est, sed tertium multis encomijs collaudat, et ait: verax et rectus modus existit, ut clysteres vespere et manè immittantur, ex brodij optimè faslis, aut lacte, aut ptylanæ, et ex carnibus aliquatis, et ouorum vitelis. Obijcies forsan, non bene, nec cordatè locutum fuisse: nam si predictæ res si per clysterem initiantur, non nutriuntur: nam ex Galeno non descendunt ad superiora intestina, ut possint nutrire. Primo respondet Abenzoar, clysteres, qui non transcendunt ad superiora intestina, medicamentosi sunt, propter quod attractrix intestinorum nihil auxiliatur, quoniam medicamenta omnia naturali facultate

Decanter. & pestif. tonsi. ulcer.

tati sunt aduerla, secus fit, cùm clysteres alimentares sunt, & infunduntur, quoniam tunc facultas attractrix non debilitatur, sed potius famulatur, & eo magis, quoniam in extremis necessitatibus natura conatur undequaque cibum haurire. Itaque melior est modus nutriendi per clysterem, debet autem, qui clysterem recipere debet, recumbere super ventrem suum, & beat caput inclinatum, & natas eleuatas & altiores, atque stet in oppositum tibi. Sed considerandum est, quòd cornu clysteris, si usquam alias, tunc hoc loco esse quam longissimum, & manibus compellendus maxima vi clyster est, ut ad remotas, supernaque partes quam maximè condescendat: verba sunt ex Oribasio lib. collectaneorum 8. cap. 34. cuiusmodi & ista ex eodem libro, cap. 24. quòd in viris minor sit quantitas clysteriorum, in fæminis maior: defumpsit tamè ex Ruffo, cap. de clysteribus, qui etiam testatur, quòd in febribus continuis & malignis, & in quibus non longo tempore sterlus contentum exaruit, quòd si aqua per se infundatur, facit, ut sterlus excernatur, & natura corroboratur. Utulis ergo erit in nostris malignis ulceribus oris, & ne apologeticis verbis tempus conteramus, memorie commendandum est, quod si fiat difficultas deuorandi ex re aliqua

qua obstruenti per vomitum reici debet, ut sunt spinæ, vel ossa, oleo copioso potato, quod si vermes impedian, agendum per medicamenta, quæ ipsos interimant, si pituita per incidentia, ut mel rosa, aut oxymel schyliticū: sunt præterea à Medicis pilulæ plūbeæ, quæ filo alligatur, deinde ad deuorandum præbentur: hęc instrumenta abigunt materias in gula, quæ omnia contestatur à Hier. Mercu. lib. de affectio. infimi ventris, 3. cap. 1. ut autē speciose et perfecte ex animi sententia omnia eueniāt, quia propter abstinentiam ciborum debiles sunt facti, consultissimum est, omni tempore paulatim propinare alexiteria, ut vires instaurentur: cordi præterea admouere vnguenta, vel epithemata, de quibus in sequentiibus fit tractatio, de liquidis nunc est sermo, et postmodum de solidis.

*Cordis regioni hoc pulchrum liquidum est
epithema, quod sequitur.*

Pulchrum appones cordi hoc
epithema.

REcipe aquarum borraginis, roscarum, florum citrangularum, singul. vnc. ij. melisophili vnc. j. vini albi odoriferi tantum, lignia flos

F cor-

Decanter. & pestif. tonsil. ulcer.

corticis citri, seminis basiliconis, cuiuslibet
scrup. sem. omnibus simul tritis, & commixtis
cum sanguino purpureo, cordi admoue.

Vsui etiam est hoc.

REcipe aquarum oxalidis, cicchorij, succo-
rum cimatiij herbae vperioræ, ana. vnc. j. sem.
vini albi odoriferi vng. j. pul. santalo. rub. drag.
j. ossis de corde cerui, scrup. sem. lap. bezar. gra.
ij. ambræ, & moschi singulor. gran. ij. misce.

*Vsui alterum epithema accommodatum
cortis regioni.*

REcipe panis siliginei, & in clibano assati vnc.
iiij. torrefac, deinde infunde in succis bor-
rag. acetoselæ, & camusij, poste à insperge pul.
diamarga. tri. drag. j. lap. bezar. gran. 4. moschi,
& ambræ, cuiuslibet gran. ij. misce.

*Sacculus hic multis consociatus modis
opiferus est.*

REcipe rosarum siccatorum rub. vnc. j. gra. tin-
ctorum santalo. omnium, cuiuslibet drag. ij.
seminum acetoselæ, basiliconis ana. drag. j. fem.
croci scrup. j. vt ars docet, terantur omnia, &
fiat

Nec non de chiro. Signiuo fau. 22

fiat sacculus. Postmodum recipe aquæ ros. melissæ, succi pomo. rega. ana. vnc. j. vini albi vnc. j. calefactis aquis, in eis infunde saccum, & cordi applicabis.

*Pretiosum est hoc vnguentum si tepidum
cordis æpè adaptes.*

REcipe theriaces Andromachi senioris drag. j. confectionis hyacinthorum tantum dē, butyri, flor. citrangularum vnc. j. lapi. beza. gran. iij. santalo. citrino. drag. sem. misce.

In vniuersum prædicta cor instaurant, & refocillant, forasque attrahunt venenum, prohibentque ne ulterius aeris mala qualitas, & pestilens cordis substantiam inficiant, quod scitissimè notauit Galen. lib. simpli. medica. 5. ibi ait: Alexipharmacæ foris imposita ad se venenū & contagium attrahunt à corde.

*Cōducit insuper iulep, si paulatim deuoretur,
componatur hoc modo.*

REcipe sacchari rosarum, borraginis, violarum, cuiuslibet vnc. j. dissolues in quatuor libris, aquarum trifolij odorati, tcurzoneræ, & acetoselæ, quæ per tubas vitreas in balneo ma-

Decanter. Et pestif. tonif. ulcer.

riæ sint distillatæ, transfundito per collum, & postmodum adiçito syrapi borraginis, cicchorij, & oxalidos, singul. vnc. j. sem. puluerum radicis heptaphylij drag. j. sem. terræ Armenicæ Orientalis preparatae drag. sem. lapidis bezahardici, & vnicornij, vtriusque gran. iij. pul. margarita. non perforatarum dragm. j. panum auri & argentinum iij. misceantur omnia, & fiat iulep, & singulis hōris propina vnc. 5. Nam de liquidis medicamentis ad vnguem dissertū est, nunc noua ratione alienum erit, de solidis contendere, sermonēque habere, & ex qua materia cōstrui possint, explicare, siquidē inuenimus circa Hier. Mercurialem, lib. 3. de infimo ventris, & partiū huic annexarū, cap. 1. ex testimonio Gentilis Fulginati se vidisse egrotātem, qui pomū deuorabat, res liquidas transglutire nō poterat: huius quæsti ratio the. 14. data est.

Conditum pro prædictis solidum, Et granulatum vocalium.

REcipe conserua. borrag. rosa. violarum cuiuslibet vnc. sem. pul. lap. bezahardici, & vnicornij ana. gran. iij. trifolijs odorati, & sonchi. ana. scrup. sem. cōfectio hyacintho. tantum dē, moschi, & ambræ ana. gra. ij. misceatur omnia,

& cum

& cum saccharo albissimo fiat conditum granulatum, panibus auri & argenti cooperatum, quod si ergo rotans tantisper deuorare possit, strenue iuuabitur, si singulis horis parum transglutiat, sin minus adhibe cum praedicto condito parum aquæ scurzone. & trifolijs odorati.

Concinnatur alterum non minoris existimationis bac celebri arte.

Recipe cōserua. rosa. acetoselæ. borra. naphæ; singul. drag. iiij. confectio. hyacintho. scrup. sem. theriaces Andro. senioris tantudem lapid. beza. & vnicornij ana. gran. iiij. terræ Armenicæ præparatae scrup. sem. moschi & ambræ, cuiuslibet gra. ij. cū syru. borrag. & viola. vt ars docet, fiat strigamentitia spissitudo, panibus aureis cooperiatur, singulis horis propinetur, quod si transglutire omnino non possit, cū aqua meliphili, vel florū citrāgulorum deuoret, conetur prius parum in ore retinere, vt omnes gutturis musculi relaxentur, ne non æsophagus, glotis, & partes circuinicæ abstergantur; cūm crassū & viscidum est conditum, sensim percolatur: & plurimi ab hoc atrocī & crudeli ulcere declinarunt, & sanari sunt. Cæterū aliud maximi ponderis & momenti emergit dubium, quid sit efficiendū, si possunt,

Neonòn de chiro. & igniuò fauè.

possunt, & nihil deuorare volunt, euolue ope-
lum de satiatis, theorem. 5. & satis Atticè
cugnoſces: nunc de tonsillis disputandum est;
in quibus vlcera maligna frequentissimè col-
locantur, et si intra fauces ponuntur, & particu-
lariter aliqua dicuntur.

THEOREMA XVI.

*Vbi quid sit tonsilla, vigilanter
tractatur.*

Conferentissimum negotium sum arbit-
ratus, ad integrandam legitimam &
veram curationem vlcerum pernicio-
ſorum tonsillarum, quid sint, & quot interpre-
tari, & in qua parte collocentur: quibus ſic ia-
ctis & constitutis mea inter eſt affirmare, quod
earum expositio laboriosa maximè eſt. Sunt er-
go tonsillæ (Galeo teste lib. 3. de Symptoma-
tum causis, cap. 4.) carunculæ quædam, quæ in
termino oris ad partem vnam & alteram exi-
ſtunt, quæ ab Aetio, & ab alijs Græcis Antiades
nominantur, lib. 8. cap. 48. ait Aetius. Latinive-
rò, qui ſæpè Barbaris cohærent, glandularum
vocabulum eis indiderunt, itidem & amygdala-
larum. Ruffus autem Ephesius, auctor quippe
gravis Græcus, & antiquissimus, et in omnibus

inductio

scriptor

scriptor elegantissimus, addo prudentissimus
et nobilis, hæc exarauit verba lib. i. cap. 8. pari-
stliumia dicuntur, et antiades, et male Latinè
tonsillæ carnosæ, glandulosæ partes utramque
à lateribus faucium positæ, hæc numero quatuor
sunt, dux in summo gutture locatæ, dux infe-
rius. Qua in re inuenio Christophorum à Vega
cespitasse, siquidem duas tonsillas assignat in
corre. 16. apho. aphor. lib. 3. cuius erroris parti-
ceps fuit Frago. lib. iux. anatom. cap. 31. fuere
tamen creatæ, vt humores à capite descenden-
tes recipiant, et suo rore linguam humescant,
dummodo humores moderatè cōtineantur, sūn
minus balbutientes redduntur, vt in dies in
ebrijs experimui, siccitate tamen nulla adue-
niente torpicula tarda lingua ad sermones pro-
nuntiandos efficitur, vt in febribus acutis con-
spicitur. Ad hæc musinare exactè conducit
quandam temerariam Medicorum, et Chirur-
gorum medelā, qui, cùm quedam tunica, qua
conuestitur tonsilla, quæ ex sua natura f. nestra-
ta est, sit exulcerata, ei mederi vigilanter co-
nantur, quos valde taxat Fallopius in suis an-
notationibus. Quòd autem glandulæ tonsillæ
dicatur, ex Hippocrate lib. de glandulis liquet,
ait sic. Collum ab utraque parte glandulas ob-
tinet, et vocantur tonsilla: si verò nulla fluxio
acris

Decanier. & pestif. tonsi. ulcer.

aci si capite descendat, intumescunt, collumque distenditur. Et subdit idem Hippocrates libro 2. de morbis in medio, si tonsillæ intumescent, in maxillis ab utraque parte tuberculum durum sit ad contactum foris, & gurgulio totus inflammatur, eum sic habuerit, tonsillas protrudito, & poste à cum tuberculæ mollia esse apparent, scalpelo perfundito, quædam sua sponte sedantur. Usque adhuc Hippocrates est locutus, attamen eius præclarissima præcepta sedem certam sortiuntur, quotiescumque ab humore benigno inflammatio oritur, & tumor procreatur; secus autem aduenit, ubi à succo maligno & pestifero gignuntur: nam non seruata tumoris molitie, sed crudis existentibus tumoribus rescindimus, aut cauterijs refrigeratis, ut diximus, & suprà aperuiimus, quibus fruiliacet, ubi ulcera maligna cacoethes, & ferina demonstrantur.

THEOREMA XVII.

*In quo quia sit isthmus, aut par isthmus,
exponitur.*

Quae res quamuis sit ita manifesta, ut testimonium non efflagitet, non extra re erit circumspicere & speciose amplius explicare, non recondita quidem, neque ex Heracli-

clidis antro, aut Setelinis ædibus eruta, neque sermone proorsus indigna, sed tamen perfecta & congrua. Receptissima consuetudo est, & in usus Medicorum inuadit, sapiētissimique Medicis cognouerunt, isthmum esse partem illam, quæ gulam comprehendit, quæ per metaphorā ab isthmo sunt dicta: sic sensit Gale. lib. 3. Apho. apho. 26. ubi asserit, angustam esse terram inter duo maria peruia, quam fauces Latini, & angustias maris appellant. Hæc autem paries isthna interdum patiuntur inflammationes solius gulae, & faucium, et interdum subiectorū musculorum, quæ partes, ut inflammatione non tentetur, currenti pede de gargarismis, et de aceto differā, ut suprà polliciti sumus, quibus auxilijs in pristinū nitorē quā plurimos reduximus, ut partes nō omnino in flāmatione vexarentur, et per consequēs ulceribus prauis, malignis et ferinis.

THEOREMA XVIII.

Vbi tractatur, an acetum sit inflammationibus gutturis, oris, & in ulceribus utile & conueniens.

Nunc ad curationem accedere morborum faucium, et partium adiacentium expeditissimum esse censeo, ad G quam

Decanter & pestif. tonsi. ulcer.

quām adquendam , & verē intelligendam
repetenda est priscorum doctrina : nam nihil
negamus , nisi illorum authoritate præmuniti ,
omnem certam rationem , aut approbationem ,
vel confutationem , & docendi modum ab illis
ducimus , & ad eos reuocamus : si quid verò ab
antiq. iis scriptoribus prætermissum est , inue-
nire studemus , & demum ut victores euadant ,
triumphum illis canimus : contra autem inco-
gnitus Auctor ait , siquidem ubique eos taxat ,
& acetum ad gargarizandum refellit , in omni-
bus oris inflammationib⁹ , & in vleeribus ma-
lignis & contagiosis perniciolum esse te statut⁹ ,
etiam in carbunculis . Verumenimvero si au-
thores Græcos perlegisset , Arabes etiam , non
tam imprudenter cœpitasset , quibus magis est
fides præstanda , quam apocripho . Et com-
probatur authoritate Mascardi de probationi-
bus , nu. 83. concl. 1163. vbi tenet : Sancitum est ,
vt Medicorum iudicio sit standum , vt vlcus sit
lethale , vel non . Sensit Vlp. leg. 1. quod recte n
carbun. acetum ponatur , ex Garcia liquet lib.
simpl. 1. cap. 33. etiam Frag. cap. de carbun-
culis . Obijcies ex Galeno , quod acetum , si fin-
cerum sit , sua tenuitate mirum in modum cor-
rodit , & dolorem incitat , primumque est medi-
camentum , vt sit hæc controversia exponenda ,

Necnon de chiron. & igniuo. facc. 26
ex censura Cælij Aurelianij in sequenti theore-
mate absoluemus.

THEOREMA XIX.

In quo declaratur conferre carbunculis angi-
nisis, gutturis inflammationibus, & ul-
ceribus malignis & pestiferis
oris acetum.

Tametsi passim in superioribus theore-
matibus aliqua de aceto ventilata sunt,
superest nunc illorum asserta explodere
& cōsopire, qui nimis audacter acetifacultates
vilipendunt, & contendunt item in oxirhodini-
nis non esse permiscendum, neque in gargaris-
mis, ad vitia oris, pectoris, & stomachi, necnon
erubescunt asserere, in membranis cerebri non
esse infundendum: quod autem in oxirhodinis
apreponatur, constat ex Galeno, qui cum deli-
care incepisset, iussit, ut cum oleo rosaceo ap-
plicaretur, in sincipite, rectissime conualuit,
quia ad penetrationem est utile, & parumper
repellit. Quod autem in vitijs oris præsidium
præstet, et si vlcera ibi latitent, liquet ex Dio-
coride. Ad hæc Galenus libro 1. simpl. medica.
cap. 22. ista profert verba: Acetum non solum
animantium corpora exsiccat, & torrodit, sed

De cauter. & pestif. tonsili. ulcer.

& grumos, callos, lapides, & æs, ferrū, plumbū, cuncta sua tenuitate penetrat, & ut dicit Gale. lib. suprà citato: Carbunculis vtile acetum est: refellenda est ergo censura illius, cuius nomen plurimū ignoro, qui charta Imperiali dixit, noxā in ulceribus inferre acetū, & in carbunculis. Dices, acetū ex Gal. erodit, & cætera quæ diximus, retinet; ergo repudiandū est in morbo suffocatio. Itē ex Cælio Aure. lib. 2. tarda. passio- nū. Iterū obijcies, quod acetū erodit, & tussim excitat, paulò autē pōst seipsum explicat, siquidē testatur, si iugiter atq; immodecē fuerit exhibitū, illas noxas procreare; nūc ergo textum Aure. sic notū facio, quod acetum solēne & nobile auxilium existit in prædictis affectionibus, si non perpetuò eo vteris, item si nō multa eius fuerit quantitas, sed quia intra altiora sunt præscrutanda, summatim ista prodidi, nam breuitas ad mentem Ciceronis auditoribus est delebilis, longitudo inuoluit mentem legentis.

T H E O R E M A XX.

Ubi iuxta Græcorum mentem iterum de aceto disputatur?

CVm, ut Aristoteles protulit, libro 1. Metaphysicæ, cap. 1. ad cognoscendum, & intel- ligen-

ligendum homo natus sit, ingeniumque habeat inexpleibile, agitur, ut differere, inuestigare multa diuersa & inaudita conetur, et si in naturæ recessibus latitent, quò fit, ut præstantiam aceti aperta fronte demonstrem. Dioscorides libro 5. cap. 17. inflammations faucium, si cū eo gargarizetur, inhibere conscribit. Galen. præterea maximus medicamentorum indagator circa qualitates apertissimè de aceto, lib. 1. de cōpos. phar. lo. inquit: Acetum, vnum in se continet, quòd reprimit, & quòd influit, repellit, vtpote quòd substātia sit calidum parū, plurimū verò frigidum, & 4. lib. simp. acetī frigiditas tantò validior, quantò tenuior. Ex quibus liquet, quòd acetū concinnè applicetur in gargarismis ad inflammations oris, eiusque ulceribus malignis, ad repellendum, discutendum, & penetrandum, tam per se, quam cū alijs permixtū. Ad quod notare expedit, quòd theo. 19. dixi, item & hoc, quod melius cum alijs mixtū conceditur, vtpote cum resoluentibus, idque in principio: nam cùm materia ulcerum faucium in morbo suffocatio venenosa & contagiosa sit, periculum imminet, ne ad aliquam partem principem percurrat, deinde cùm repellat, angustam ælophagi viam coarctet. Cuius rei fidem certā & manifestā facit Alexāder

Decanter. & pestif. tonsi. ulcer.

Tallianus lib. 4. cap. 1. dum ait: In vniuersitate
scire conuenit, quod neque reprimentia, nec
adstringentia sola, neque discutientia, anginae
in principio conferunt, qui enim admodum ad-
stringentibus, aut discutientibus dumtaxat cu-
rare tentarent, hi auctores malorum extiterunt:
vel enim inflammationem auxerunt, ut multis
postea abortis symptomatis æger vix respi-
rauit, seruatulque sit. Haec tenus satis eleganter
protulit Alexander. Verum dices, certa & vera
sunt in inflammatione anginae, non tamen si tonsil-
læ inflammentur: tamen hanc controve siam
dilues ex sententia Pauli Aegynete sic breuiter
lib. 3. cap. 37. quod ijsdem pharmacis gargari-
zatur in angina, quemadmodum in tonsillis,
quapropter nostrum hoc decoctum, quod se-
quitur, opiferum & conducibile est in malignis
& pestiferis tonsillarū inflammationibus, nec
non in anginosis, si venenositate scateant.

*Continetur nostrum præclarum decoctum, ad
gargarizandum, bac verbo-
rum serie.*

REcipe piloselæ (yerua canilla à nobis dici-
tur) caudæ equinæ, germenum, aut foliorū
prunorum, lenticær, cuiuslibet manip. ba-
lau-

laustiarum, cythinorum, florum vtriusque buglosi, ros. rube. lentium, furfuris, singul. p. sem. dactylorum, n. 4. hyssop. pulegij, thymi. ana. parum decoquito, vt ars docet in lib. decē aquæ pluuialis ad medias, & postmodum per collum transfunde, cuius decocti accipe vnc. viij. aceti vnc. ij. syrupi ros. siccari. & rob. de moris ana. vnc. j. dyacaridion vnc. sem. lapi. beza. gran. vj. confect. hyacin. scrup. ij. misce pro gargarismo.

Ars tamen, & recta methodus ad gargarizandum in ægrotantibus, qui suffocantur, huiusmodi consideranda est, quod illi supini reponantur, & ter vel quater gargarizent singulis diebus, non tamen perpetim, nec violenter, sed sensim, vt sensit Galen. lib. 4. method. cap. ultimo, Idem tenet lib. 5. cap. ii. quotiescumque gargarizatio parum in quantitate sit; largius autem si sumatur, tussim excitat, & proinde dolorum et inflammatione inducit, decoctum decet sit repidum, vt consulit Aetius lib. 8. cap. 45. inflammata frigus non tollerant, nec plurimum calorem: quam assertionem refellit Aviceanna quæst. 3. cap. 17. atque ad frigida apponit. Sed cum Aetius Græcus & eximius sit auctor, eius sectamur dogmata, de cætero animaduertere oportet, quia plurimi ob insuavitatem lib. 19 à de-

De cæteris pestif. tonsi. ulcer.

à decoctis abstinent. Alium gargarismum ex aquis excogitare distillatitijs diuersæ mixtræ propalatis placet, hoc solum scitote, fratres, quod in abigendis & abolēdis faucium inflammationibus mirifica præpollet facultate.

Pretiosum pharmacum pro gargarismis, hoc est, ex aquis distillatitijs.

REcipe aquarum capitum ros. plātaginis, poligoni maris, cornopi, cuiuslibet vnc. iij. fœniculi vnc. ij. sem. syrup. adianthini, & myrthini ana. vnc. j. rob. de moris vnc. sem. aceti vnc. j. sem. lapi. beza. & moschi ana. gran. ij. misce.

Reliquum est nunc literis mandare, & diligenter exquirere, quæ sit ratio, ob quam pilosella herba, & folijs prunorum utimur, de his dictum exactè est, sed nihilominus non extra rem nūc erit iterum patefacere. Galenus lib. 7. simp. medi. fa. cap. de cocymleo, id est, de pruno, ait: Ut in summa dicam, quorum in folijs, aut in germinibus astrictio quædam inesse appareat, manifestè ijs decoctis, phlegmone in tonsillis existente idoneæ colluuntur. Quam censuram sectati sunt Aetius, & Celsus lib. 8. cap. 45. qui repellentia & adstringētia ad gargaris tradunt,
et dis-

& discutientia, ex Alexand. in inflammatis
sillarum: quo sit, ut non sim culpandus, nec re-
prehendendus ob id, quia herbam piloselam
vsurpamus, siquidem Ruelio teste lib. de natu-
ra stirpium, adstrictoria facultate pollet: eam-
dem mirificam sententiam fortunat Matthio.
Senens supra Dioscoridem. Multò autem ma-
gis consopienda opinio amplissimi Magistri de
Valdiuielso est, qui libro de laudibus Virginis
Mariæ, in vigesimo cantu, eam herbam piloselam
ad somnum conciliandum administrat, & specio-
sam esse declarat: itidem filicem herbam, cum
calida sit, & sicca, & sua caliditate fœtū interfi-
ciat (ut ait Gal. lib. 8. simp. me. fa. ca. 20. & Theo-
phrast. lib. de hist. plan.) somnū etiā allicere te-
statur: tamē eius bona venia facile innotescit,
lapsus siquidē somnus non excitatur à calidis
& siccis, sed à frigidis & humidis, ut cōcors est
Medicorū omniū sylua, vt patet th. 25. verūta-
men vt nō videar, me cū Theologis Medicū, &
cū Medicis Theologū, sit satis exponere, & mo-
nere, quod sacerdotes suas prophetias legāt, &
studiose euoluāt, neq; posthac in aliorū segetē
falcē mittāt, sic prudentiores & doctiores euā-
dēt, nec in re aliena errores cōmittēt, nec repre-
hēdetur ad hęc, antequā ab hoc loco discedam.
Omittendū non est, quod aquę, de quibus mor-

De custer. & pestif. tonsi. ulcer.

dicus suprà tractauimus, per canales vitreos
sunt distilladæ, non tamen per plûbeos, et si sta-
gnentur: ná semper venenositaté sortiuntur, vt
periti assuerâter confutant Medici, népe Syl-
uius, Cronamburgius, Guillielmus Gratarolus:
summopere ergo ab illis aquis caendum est.
Restat nunc, & expeditissimum est disputare,
ex quo vino acetum cōfici debeat, vt recta me-
thodo inflammationibus pestilentibus & con-
tagiosis opitulemur, in quibus conuenientissi-
mum est, priùs sanguinem mittere, & expurga-
re, & postmodum omni genere gargarismato:
vti, tam si per se aceto vtaris, quam cum alijs
mixtum, etiam in ulceribus oris, quamvis apo-
criphus bellicet meum assertum, cessim qui-
dem & punctim petens, nequaquam tamen fe-
riens, vt malus gladiator veteranum militem.
Acetum ergo optimum & efficax conficitur,
non ex vino albo, vt plerique deblaterant, sed
ex vino præclara sit transmutatio, dummodo
nigrum & optimum sit, vt ex Galeno, commen-
tario 4.lib.4.de articulis accipitur, ibi ait, affe-
ctus partes inflammari, acetum non patitur ex
vino austero factum: item lib. de fracturis, vinū
austerum, frigidum, ac terrestre est: quam facul-
tate efflagitat acetum, quod ex vino paratur.
Consultit etiam Galenus lib. de eucalymia, & ca-

Nec non de chiron. Ignis. fauc. 30
cochimia, vinum austерum refrigerat, & repellit; soleмne igitur pr  sidium est, quia inflammationibus faucium, & v  ceribus succurret. Imposterum ignor  dum non est, qu  d acetum propter vetustatem calidius est, & acrius, ut docet Galen. lib. simp. medicam. fa. lib. 11. cap. de adipe, qui ista pronuntiat verba: Vinum, mel, acetum, oleum antiquitate calidiora s  nt, item tenuiora. Denique morbis allegatis acetum re-
cens, hoc est, intra annum factum, conducibile est: nam facile fieri potest, qu  d inueniatur acetum adeo vetustate acerrimum, ut plus retineat caliditatis, quam frigiditatis, & tunc noxam inferret, in curationibus abstinendum ab eo necesse ergo est.

THEOREMA XXI.

In quo Arabum decreta circa acetum notantur, exacteque explanantur.

TAmetsi malim cum Gr  cis aberrare, qu   cum Barbaris rit   consentire, ludi namque & ioci illorum multo pr  stantiores grauioresque, quam seria Mauritanorum, cum hoc tamen Medicina ornata, polita, exacteque exulta ab Arabibus fuit, quae tantos sibi comparauit neruos, & medicamentorum for-

De cauter. & pestif. tonsi. ulcer.

mas sic ducere cœpit, ut fortè fateri cogar, dignius & gratiosius anteponi, sed qui inter familias Arabū palmā obtinuit, vñus est Auicenna, qui veluti in vnum sic remedia cōtraxit, quasi breuiario cōprehensa, quæ omnia ex Hippo. & Gal. fuere deducta. Post illos aliquā lucē dedit, et ignoratis caliginē demōstrauit, & viā genitosam & illustrem parauit, perspicua & magis necessaria sternens ad curationes, quapropter in eius curatione & doctrina sic sumus religione vñi, vt neque quidquā addimus, neque apicē mutamus, sed quæ ab eo cōmendantur, sēper fideliter cōscripsimus, atque transtulimus. Auicēna ergo lib. 2. tract. 2. ait: Acetū incidit, & extenuat, aperit collationes collatorij, minorat vuā, & abscindit gargarismus ex eo fluxum humoris ad guttur, & sanat vuā. Turpiter ergo asserit incognitus & nouus ille homo, cum aceto nō esse gargarizandū: & cū mihi, studijsq; meis in excellenti illa doctrina subsidijs plurimū impositum habeā, ei assentiri cogor, & teneor: cui item constipulatur non contēnendus doctissimus Scapio fidelissimus Diosc. interpres, quē antiqua recensque ætas summoperè collaudat, cap. de aceto ait: Prodest astmati, tussi antiquę, & quādo fit gargarismus ex eo, cōfert squinantia vx, et abscindit cursum corū venientiū ad guttū,

guttur, et sit solutio eius. Sit præterea alter ex eorū familia, cui Azarabi nomen inditū est, qui nominatissimus auctor (vt tenet Hier. Mercurialis, et Matthæus de Gradi, cap. de apostemate alceim curatione tradens, id est, de squinantia) gargarismis repercutientibus vtitur cum succo coriandri, et aceto: aceto ergo cōfidenter vti possumus.

T H E O R E M A X X I I .

*In quo breuiter apud Latinos sermo dicitur
de aceto.*

G Ratia proculdubio habenda est Plinio, qui lib. 23. de hist. nat. cap. 2. prudenter docet, non solū acetū magnā iu refrigerādo vim fortiri, et haustū fastidium discutere, et æstus arcere, sed si gargarizetur, contra omnium oculatorum venena, et ad morsus canis prodesse scribit, et ex eo iterum constat: nam cùm quidam aspidem calcasset, et ab hoc animali venenoso fuisse percussus, vtriculū aceti ferēs, quoties deposuisset, sentiebat ic̄tum, aliàs illæso similis, intellectū remediū est, potuq; suc cursū, itē ait: Medetur lepris, furfuribus, ic̄tibus scorpionū, scolopēdrarum, et morsibus aranei, tuisim veterē inhibet, et gutturis reumatismos orthopnœā, dentiū labefactationē in totū emē.

Decauter. Et pestifonis ulcer.

dat domitrix vis hæc, nō ciborū modò est, verū & rerum plurimarum faxa rumpit acetum infusum, quæ non ruperit ignis, cibos & sapores non magis alios succos emendat, aut excitat, denique in omnibus affectibus venenosis in qua cumque parte sedem obtineat, tam introrū, si deuorentur, quām forinfecus, si applicentur, iuuant, & Hippocrates lib. 6. epi. sect. 6. text. 5. acetum valet contra sanguinem taurinum.

THEOREMA XXIII.

An acetum, cùm frigidum sit, Et siccum, in membranis cerebri possit infundi, item cùm mordax sit.

CAeca hominum familia eos omnes halucinasse existimant, qui non in eadem criminum sentina malorum Lerna secum non miscentur. Sed cùm mihi à natura comparatum sit, vera & perfecta docere, illorū linquam susque deque facio, & non pertimesco. Cōtrouersum apud grauiissimos Medicinę cultores in dies existit, an acetum, cùm frigidum sit, siccum, mordax & acre in cerebri membranis citra noxam infundi possit? Siquidem sensum & motum obtinet; sed quòd lepidè & tutò ponatur, meum est ostendere, quamuis nullum sit.

sit tam præclarum, nobile & speciosum consilium, in quo aliqua improbitas, imprudentiaq; non reperiatur. Affert apocriphus, vt 3. theor. suprà vidisti, eos omnes aberrare, qui in gargarismis acetō vtuntur in morbo suffocatio, & etiam de ijs suprà dictum est, & corroborat suā sententiam cum Hippocrate, qui in Aphorism. dicit, frigidum ulceribus mordax, lib. 5. aphor. 8. aphor. animatum ossibus, nervis, & ligamentis. Sed cūm huic obiectioni pulchrè respōdeat Auerroes lib. 7. colligit, cap. de solutione nervorum, vbi ait, panni ligamenta, & omnia medicamenta calida sint, & ulceribus adiungātur, pro nihilo pendo illius censuram. Explodenda etiam est Andreæ de Alcaçar opinio, qui lib. de vulneribus, cap. de neruis ait: Si iuuenis & briosus sit fauciatus tempore aestiuo, frigida medicamenta in nervis apponantur: ad alterū du-
biū, quomodo cūm mordax sit in ulceribus, usurpatur. Dicimus, quod si in cerebri vel amni-
nibus, vbi tantus sensus & motus est, infunditur acetum, cur non in reliquis ulceribus, et si contagiosa sint? Hoc testimonium de symptomate est ex Celso, ex lib. 8, cap. 4. disputans de vul-
nerib. capititis, qui sic ait: Iis factis ea membrana inspergenda acri aceto, vt si aliquis sanguis ex ea affluit, cohibeatur, siue intus cōcretus prior
rema-

Decauter. & pestif. tonsi. ulcer.

remaneat, discutiatur: in qua sententia acrimonia aceti non pertimescit, sed solum administrat, et quod sensum, et motum membranæ cerebri retineant, liquet ex Ruffo Ephesio libro 2. cap. 1. et multa alia conspiciens opulula de cauter. et fonticul. Hinc coniijcere licet, Abenzoarem cespitasse, qui aduersus hanc adstructionem profert: Cauendum est, ut acetum in sagitali commissura non ponatur: nam cum nimirum sit aperituum, cerebrum penetrat, et maximè ei obest. Refellitur ad hæc Docto. Cartag. assertio, qui lib. de febre pestilentiali, cap. 2. rubrica 1. Acetum, ait, natura sua cerebro ini micatur: verum ne ab inuidis calumniatoribus, atque à prauis obtrectatoribus nostri labores dilacerentur, dignitasque nostra conuitijs malis, et maledictis petulantissimè impugnetur, veritatem rectè de aceto aperiimus, theor. 24. alias extricabimus quæstiones.

THEOREMA XXIIII.

*In quo refellitur pertinacia eorum, qui unguentum argenti viui in morbo suffocatio-
uo ex ulcere usurpant.*

VI autem, quod promisi, præstem circa curationem ulcerum malignorum oris, et vtilitati

litati studiosorum consulam, quemadmodum
temper in more propositū habui, & disputatio
recte cōprehendatur, scire exactē expedit; quod
abstinendū est in hac medela à multis & varijs
vnguentis diuersimodè constructis: sed multò
magis cauendum ab vnguento, quod passim in
officinis venditur, & ex argento viuo paratum
myropolæ in officinis recōdunt, quāuis Doctor
egregius Villareal, lib. de morbo suffocat. mihi
non constipuletur, administrat autem pro de-
bellandis & dissipandis ulceribus prædictis, ta-
mē vt nos vera pronūtiemus, ei refragatur Hie.
Mercur. lib. de vitijs articulorū, & lue Gallica,
vbi hæc profert verba: Argentū viuū, neq; phy-
sīcis, neque asmaticis, neq; distillationibns à ca-
pite utile est. Addo autē ego, neque tumoribus
colli, neq; ulceribus ferini faucium, nam cùm
tumor venenosus est, & vehemēter calidus, ar-
gentum autē frigidum, repellit succū malignū
ad partes principes, qui suffocationem indicat,
& frequentissimè ad os, qui per sputū euacua-
tur magis, quām per alia loca, & materia, quæ
educitur, & in trāsitu scopulum iouenit, ibi ad-
hæret, & sua tenuitate vellicat fauces, & totum
oris ambitū pustulat, & gingiuas carbonescit,
dentesq; tremulos & vacillantes reddit. Suspi-
cor autē ego, quòd Villareal hanc assertionē ad

Decaduter. Et pestif. tonsi. ulcer.

ulcera maligna curanda desumpsit ex doctrina
Auicennæ, ex proprio cap. de argento viuo, &
ex Rhassis scriptis: ex quibus locis Mercurium
illi ad ulcera maligna usurpat, necnō ad tumo-
res: de nostris autem ulceribus malignis ser-
monem non fecerunt: nam et si suis temporibus
morbus suffocatius ex ulcere sanctificando
provincias deuastabat, forsitan ad suas non per-
uenit aures, nec cognoverunt eius germanam
curationem. Ad hæc si aliqua scitu dignissima,
preciosa, & multum memoriae commendanda
de argento viuo desideras perdiscere, euolu-
opculam de satiatis, theor. 19. quæ sigillatim &
satis appositi te docebit methodum genuinam
quomodo hoc metallo sit utrumquid. Amici, hinc
quoque vos admoneo, ut in hæc me sequamini,
si artis opera obire pulchrè volueritis, nouistis
proculdubio, quantum studij pro curandis ul-
ceribus istis absque calumnia impenderim.

T H E O R E M A XXV.

In quo dilucidè disputatur, quòd dignior Et
præstātor medela administratur per cau-
teria actualia, quasi mortua Et potentialia,
quām cū predictis: Et accuratio in igni-
uomis ulceribus faucium, Et tonsillarum
commen-

commendatur: nam si sub lingua adhibeas,
aut craneum comburas, ignita esse debere
ars docet.

SVprà theorem. 20. currenti pede de inflam-
matione faucium mentio fuit facta, & san-
guinem esse mittendum, & expurgandum
declarauimus, & de gargarismis locuti fuimus,
nunc prétium est operæ diligentius alia perp-
dere: nam cum materia quæ à capite descendit,
fauces & tonsillas vehementer scere faciat, &
vlera efficiat chironia & pestifera summo pe-
rè expedit, ut de missa omni medicamento cum
sylua oxyter cauterijs succurramus. Nec est au-
dienda censura Ludouici Mercati, qui lib. in-
stitutionum docet, in setoribus, fonticulis, &
in multis alijs affectibus leuiculas purgationes
esse parandas, præsertim in infantibus & pue-
ris. Quam sententiam desumpsit ex Galeno lib.
4. method. cap. 4. & ex lib. ii. method. cap. 15.
qui inquit, quod totum corpus vacuum & pu-
rum esse ab excrementis sit, quam illa pars va-
lentibus remedijs sit subiecta; attrahit enim
à toto corpore cucubitæ modo superuacua,
atque ita afflit in graui parte, vt euelli non
possit; nos tamen semper administramus cap-

Decauter. & pestif. tonsi. ulcer.

teria actualia absque correctione succorum , &
præparatione, quia cùm ocyter interficit, hoc-
que vlcis suffocat, non dat inducias spectandi,
ad hæc quòd cauterijs actualibus & potentiali-
bus perfectè & concinnè vt amur, testatur Ga-
lenus ex sententia (lib. 6. de comp. phar. secun-
dum locos, cap. 2.) Heraclidis Tarentini dispu-
tans de aphthis perfidis oris , à quo , & ab alijs
multis amplissimis scriptoribus veram & in-
tegram cum cauterijs curationem desumpsi-
mus. Inquit ergo amplissimus & nominatissi-
mus Heracles , quòd si vlcera oris sint , & à
medicamentis non superentur , conuenit mu-
nitis & coniectis in orbem locis , quòd can-
dens ferrum admoueatur , donec nullus hu-
mor amplius effluat , & locus videatur exupe-
ratus. Eamdem sententiam testatur Galenus
libro septimo methodi , capite tertio , vbi in-
quit : Semper enim pro eo , quod exuperat , in-
ducendum remedium est , quoad particulam in
habitum & symmetriam naturalem vendica-
ueris. Et quia , vt testatur idem Galenus libro 1.
methodi cap. 7. ridiculum est affirmare quid-
quam , quod demonstrari non possit , ostendam
cauteria cæteris in vlceribus prædictis esse an-
teponenda , siue parum ignita fuerint , vel potes-
talia nam si , vt astrictit Galenus lib. 6. de cōpōsī-
pharm.

pharm. secundum locos, cap. de aphthis, medicamenta clemetia & benigna illis applices, facillimo negotio saluia eluuntur, nulliusque frugis sunt, multa prestantiora dogmata deinceps notabis ex Heraclio Tarentino, & ex alijs, quae ego sequor, ut dixi, et plurimi alij preclarissimi Medicis eum sequuntur propter eius summam eruditio-
nem, inter quos est Gal. lib. 6. de compos. phar. ut
dixi, cuius lepida verba sic habent: Heracles Ta-
rentinus optimus Medicus, tum circa alias par-
tes factus, tum expertus in pharmacis: laudat
etiam Epiphia Cyprus Horosco. 4. post initium,
com. 4. qui librū de herbis composuisse dicit,
citat eum libro de different. pulsuum 4. et de
eo Heracleo Tarentino memoriam facit libro
6. de morib[us] popularibus, ad h[oc]e ut admirabi-
lem authorem eum citat Celsus Aurelianus li-
bro tardarum passionum tertio, cap. 8. Laer-
tius, item Celsus Pau. Strabo libro 14. quoties
ergo de Heracleo sermo in hac operula habe-
tur, de hoc Tarentino est intelligendus. Is er-
go satis prudenter cauteria ignita in ore appo-
nit, nos mortua: quos predictos authores claf-
ficos sectatur Rhassius, dum ait, in omnibus ca-
pitibus fluxionibus, ut in rubore nariū, et auriū,
et in oris ulceribus cauterium ignitum præsi-
diū satis efficax est, fluxionē diuertit, et partem

De cauter. & pestif. ton. sil. ulcer.

corroborat nostro solemni auxilio de cauterijs
in ore, facetus Doctor Franciscus Diaz in suis
colloquijs chirurgic. colloq. 15. se vsum fuisse,
& venas leonicas, quæ sub lingua sunt exacte
combussisse, quod præsidium à quodam Duce
Siciliano intellectus, & confirmatus, se multos à
fluxionibus liberasse, & sanasse. Hoc ergo re-
medium apparéte vlcere in faucibus in morbo
suffocatio etiam laudo.

T H E O R E M A XXVI.

*Cauteria actualia conferuntur in ulceribus
faucium parum ignita, & ex qua mater-
ria fieri debeant?*

Po lliciti sumus in alijs theorematisbus, nos
maxima vigilantia ostensuros esse alios
celeberrimos scriptores, qui asserant, &
firmiter testentur, candardia ferramenta esse
mirifica ad vlcera maligna fauciū. Quam lau-
dabilem sententiam apertissimè sensit Hippo-
crates lib. de morbis popular. tex. 99. vbi de ul-
ceribus, quæ in faucibus euenire assolent, scri-
bit, sic autem inquit: Carcinoma à nobis factū
est sanum, quod in faucibus erat, per vstionem:
& vt clarior fiat doctrina, inquit in commenta-
rio Vallesius: Carcinoma à nobis est cácer cum

vlcere, & absque eo medicamentis sanatur vlceratus à materia acriori & atrabiliiori succo efficitur, & cauterijs ignitis curatur: cui sub scribit Cornelius Celsus lib. 5. cap. 16. Vlcera cancrosa, si fuerint in ore, & medicamenta non sufficiunt, ea exure. Afferuit præterea lib. 6. cap. 15. Vitium in ore contentum cauterijs curatur: extollenda hæc dogmata sunt, siquidem à fide dignis candidè & concinnè collaudatur Celsus, ut pote à Quintiliano lib. ultimo orat. institut. ubi ait: Cornelius Celsus librum prodidit eloquentissimum de Medicina, & ferè de omnibus artibus. Locupletissimus etiam testis est Columela secundo rei rusticæ, non solum esse agricoram, sed vniuersæ naturæ prudentem virum: & ut doctissimum cūcitat Polyhistor ille Plin. lib. 20. cap. 30. & alibi passim. Tandem cauteria parum ignita laudantur, et Fragoſus in glossa de vlceribus, cap. de vlceribus cancerosis in ore ait: cùm Aguilica Stiommeno in ore cruciatetur, compissa lingua cum glossocathotio adhibui cauteria ignita dactylaria: et opere facto supraposui linthea cū albumine oui, forinsecus aquam rosateam, plātaginis, solatri cum aceto: consimilem censuram tradidit in antidotario, ubi de vlceribus antiquis oris disputat, et textum Galeni ex lib. 6. de comp. pharm.

82 De cauter. & pestif. tonsi. ulcer.

cap. 2. allegat, qui textus non Gal. sed Heracl. est, cuius erroris particeps est et Caluus Valentinus, qui in lib. curatio chirurg. illa ex auctoritate Galeni scripsit, cum verba sint Heracl. qui satis perdocte inde ait lib. 2. cap. 26. Ulcera oris argento sublimato curantur, quæ si non confanescunt, candenti ferro curantur. Ex prædictis colligere licet, quod congrue, et satis Atticè cauteria in ore adaptantur, præcipue si ex auro fuerint: lapidanda ergo est, et calcitrada Theodorici opinio, qui nimis absurdè et imprudenter libro 3. cap. de cauterijs, nobis non conuenire gutturi adhibere cauteria ignita ait. Nec minus amanda est censura Aetij, qui tetra. 3. 5. 4. cap. 57. Caeve, ne asperam arteriam vras nos has literas sic exponimus, quod si cautè admodum cauterium, parumque sit ignitum, hoc que leviter, atque celeriter, ita vi pars parum carbonescat, bene adhibe, quia parvam conuictit cruxram, proinde autem pumilum dolorem, neque partes corrugabit. Superest nunc Dacæ opinionem taxare, qui libro de tumoribus 2. capit. 35. ex Auicennæ testimonio sic ait. Cum cauterizaueris, ut partem corruptam projicias, ubi dolore ægen est correptus, terminus est cauterizationis. Quæ doctrina nisi intelligatur de ulceribus vniuersi corporis sicutulnea et

insulsa apparet: in ulceribus sanè malignis & chironis faucium terminus cauterizationis perfectus & speciosus dolor non est, sed quædam quasi carbonizatio. Tamen sit omnino dolor deterreat, vt ab eodem vehementer non crucietis, euolue, & inspicere librū Dionys. Dacæ de tumo. præter nat. 2. ca. 35. ibi reperies modū, vt ipse tenet, quomodo non dolore vexatus sis: ego autē, vt veritatē fatear, illi nō assētior, vanū tamen & exucatū consiliū esse iudico, & credo, ad quod examinandū dicā textū Dacæ, qui sic inquit: Ut nō cauteria sētiat ægrotās, sumat soporifera pharmaca, qualia illa sunt opiu, suc- cū cicutæ, hederæ arboreæ, mādragoræ, laetucæ, hyosciami, & in eis imbibat spogiā nouā, & permittat eā ad solē exsiccare, & quādo fuerit necesse, mittat eā spongiā in aqua calida, & det ad odorandum, quo usque capiat somnum, & ipso dormito faciat operationē multifariam: quippe multisq; modis hallucinatur Daça: pri- mū, quia Ioan. de Guido dixisse dicit tract. 6. doct. 1. c. 8. fallitur tamē, nā hic ex mēte Theod. fatur. Secūdō, hanc metamorphosim affirmat, quod infirmus, vt spergefiat, aliā spongiā in ace- to mittat, & naribus applicet, & rutā eis impo- nat. Ioan. de Guido cognomēto Cauliacēsis aliter affirmat, & cōtestatur, nā cap. de Stiōmeno

De cauter. & pessif. tonsi. ulcer.

refert: ego scarificationibus, & arsenico vtor: nō sunt ergo verba quid. Porrò quod temeraria & futilia sint presidia, liquet: nam propter maximā, quam nanciscuntur praedictæ herbæ refrigerationē, cerebrum sopore lethargo, alijsq; multis & varijs corripetur affectibus. Apud omnes tamen in confessio est, quod non sunt facienda bona, vnde veniant mala: præstantius certè curationem eris aggreditus, si (vt praedictum est) cauterium admoueas, & nunc ex Hippocrate lib. de Medico, probè notatur, id quod secatur, aut vritur, & dolorem affert, quām minimo esse tempore positum decet, in re, qua explenda est Docto. Carthag. opinio, qui lib. de febre pestilentiali differens, de tumor. pestilentiali ait: Cauterium profundè ponatur, & nihil quod vestrum non sit, relinquatur: nam, vt ait, si exteriū solum partes vrantur, crux in inferiori parte vnenum inclusum haberet, neque locus inspirandi daretur; tamē si vnenum remanet, quid sit agendum, infra, si oculatissimus fueris, videbis. Notabis præterea, quod Carthagenæ industriosè & sagaciter nos erudit, si ulcera sint in vniuersis nostris corpusculis, non tamen in ulceribus faucium, in quibus non ita cauteria imprimuntur. Rogabis (vt protuli) quomodo materia vnenosa & maligna dissipabitur,

quæ

que remansit, quia profundè cauterium non est
administratum, per abstergentiam prouidè &
speciosè medeberis, ut postmodum declarabi-
mus. Interim tamen ut absolutionem operis
consequaris, omittendum non est, quot reme-
dia tuta sint. Quod testimonium magnifecit
Galenus lib. 14. methodi, cap. 4. consimile tra-
dit Celsus lib. 3. cap. 4. ex Asclepiade, quo in lo-
co ait: Officium Medici est, ut citò, tutò, dili-
genterque curet. Quapropter scito, & sit tibi
alta mente reposum, quòd illicò cùm ad cura-
tionem ulcerum faucium accersitus fueris, vi
eis subuenias, & auxilium mirificum præstes,
idque tutissimum, sumnoperè expedire, in-
strumentum accipere, quod à Græcis Glossoca-
thoncon, nostro vero idiomate Vadal, nuncu-
patur (sic vocat Dionys. Daça lib. de tumorib.
3. cap. 90. cui fides est præstanda propter exi-
miam animi dotem, & in literis bonis auctori-
tatem, sed obiter à me taxandus est, siquidem
ita suffragatur assertionibus Doctoris Hidalgo
in arte Chirurgica, ut suis proprijs & ipsi smet
præceptis, & candidis scriptis refragetur, & in
principio libri illius affirmet, quòd veterum
narrata circa illustrem Chirurgiam vana, futilia
& incerta sunt: quæ autem ille Hispalensis
commendat, speciosa & præclara, proh dolor!

Decauter. & pestif. tonsil. ulcer.

qui talia fando temperet à lachrymis. Miror
fane, & iterum admiratione sum correptus:
quia Doctoris liber Aguero mille scaturit mē-
dis, & erroribus, multisque falsissimis propo-
sitionibus, ut satis superque à Doctore Frago-
so est reprehensus, à multisque alijs, qui in ar-
te Chirurgica, item & Medica consenserunt,
& cū curiosè & vigilanter insudarunt, sed de-
ijs hactenus) quo instrumento maximè os ape-
ries, & linguam deprimes, & postmodum lin-
thea sumas frustatim dissecta, quæ in candi-
do cui agitari sint madefacta, & totam oris
regionem cooperias, nisi ubi vlcus videtur, in
quo cauterium mortuum appones, id est, pa-
rum ignitum (sic vocat Fragofus, & ex Paulo
narat, & hic ex alijs, ut diximus) ut affecta pars
quasi carbonescat, & cruxtra exigua fiat: fieri
autem, si (ut diximus) ocyter applicetur, & tūc
tutò medeberis. Paratum sit cauterium ex clas-
fe dactyorum, quo administrato iterum lin-
theolum in candido oui liquore madefac, sit
autem parum agitatus, ne propter motum cā-
lorem concipiat, ut asserit Rogerius, sic autem
inflammationem a temperabis, & dolorem,
ut ait Tagaultius, sedabis. Libro autem insti-
tutionum Chirurgicar. omnibus ritè et con-
spicue fabrefactis, illicò forinsecus adaptabis
de-

defensuum satis egregium, quod conscribit Ioannes Vigo. libro 2. de tumoribus, tractatu x. cap. 17. quod, ut ipse confirmat, adipiscitur facultatem confortandi locū, qui non amplius possit recipere materiam extraneam, & prohibet ambulationem tumorum, confortādo cum aliquali resolutione & exsiccatione. Hoc insigniter astruit Ioānes, tamē non benē Fragofus, qui cūm materia sit venenosa, repellētia solum adaptat, sequenti verò die manē lintheū ab ulcere detrahēs, et vlcus lauabis, non solum bīs, sed ter cum sequenti liquore, qui ad abstergendum multas et insignes promittit dotes, et hic opiparā virtutem nāciscitur, posteā de ferocissimis loquimur, vt in pueris, eunuchis, feminis, et in ijs, qui sedentariam vitam degunt. Quod concinnè et eleganter demonstrat Galen. lib. 2. ad Glau. cap. 9. Feminum corpus, et qui balnea amant, et in otio degunt, mollia exigunt medicamenta, neque dubium est, idem in pueris esse fabiendum. Eiusdem opinionis est libro 3. methodo, cap. 3. idem consultit libro 6. cap. 4. de compositio. pharmi. ex Archigenis testimonio, quibus conspiranter suffragatur perdoctus Aetius lib. 14. cap. 56. vbi ait: Molles carnes vehementia pharmaca non ferūnt. Pro extirpandis ergo, et debellandis pr̄dictis vlceribus fauciū,

Decauter. Epistif tonsi. vleer.

Si cauterijs vti possunt , conducibilia sunt , & postmodum vt ad sacrum auxilium leuare, ob reliquias quæ remanserunt, hoc sequenti liquore læpe lauare prodest.

Propueris liquor.

REcipe succi porri depurati vnc. j. sem. æruginis gran. iiij. lapi. bezahar. tantudem, sandaracæ Græcorum gran. sem. mellis puri & optimi vnc. j. aquarum rosa. & lentisci ana. vnc. j. sem. tepida cum sint , viceri maligno admoue: hoc tamen modo accipe specillum, & in eo inuolue parum lanæ, & in predicto liquore mades- fac, poste à leuiter & paulatim laua bis, aut qua ter singulis diebus , non solùm ubi cruxtra ex caut. est facta, sed post eius casum, donec mundificetur. His perpensis, concinneque examinatis, reliquum est trutinare, quibus medicamētis rustici, pescatores, atque nautæ, si chironis & perfidis ulceribus oris crucientur , sint medi- candi post cauterizationem , si aliquid succi contagiosi & venenosi fuerit occultatum, quippe aliam vehementiorem curatio- nem efflagitant, quæ talis est.

Pro

Pro agricultoribus, pescatoribus, & nau-
tis liquor.

REcipe succi porri defæcati vnc. ij. sem. sulphuris viui, chalcitidis vftæ & lotæ, cuiuslibet gran. ij. æruginis gran. iiij. sem. lapidis bezahardic. & vnicornij ana. gran. ij. sandaracæ Græco. gran. ij. theriaces Andromach. senioris recentis scrup. ij. mellis electi & puri vnc. j. cō. mixtis omnibus ad vsum serua, & ea, vt dictum est, vtaris.

*V*sui etiam pro ferocissimis præstantissimus
bic liquor existit.

REcipe succorū herbarū herbæ viperinæ, nīc coctinianæ, somchi depura. singul. vnc. j. sulphuris viui, sandaracæ Græcorū, argenti sublimati ana. gran. j. theriaces Andromac. senioris recentis drag. sem. lapidis bezah. gran. iiij. mellis electi et puri vnc. j. moschi et ambræ, cuiuslibet gran. ij. vsurpa, vt te docui.

Rogabis forsitan, et pulchrè sanè, quamobrē theriacam recētem permiscentem in his liquo-ribus: ratio desumpta est ex literatissimo Lan-
franco

franco Ma. cap. de medicinis cauterizatiis, in
antidotario, vbi afferit, semper cum medica-
mentis cauterizatiis debet prosequi mitiga-
tiuum, donec crux voluntarie, et per se deci-
dat: cum autem theriaca recens est, opium ma-
xima prepollet refrigerandi facultate, quod at-
temperat caliditatem aliorum, et effrenatam,
malignamque vim obtundit et castigat. Super
est nunc explanare dilucidioris doctrinæ gra-
tia, quando dicendum est, theriacam esse recen-
tem: hanc difficultatem sic dilues ex Galeno li-
bro 2. ad Glauco. quam esse recentem conte-
statur, si ante sex menses fuerit constructa, vel
ante quatuor circiter menses, ut liquet ex Ga-
leno 5. method. cap. 13. et tunc apta est ad no-
stra ulcera maligna et igniuoma fauciū: quia,
ut ipse tenet, fluxiones retinet, doloremque le-
nit, quæ operatur, non solum si intrinsecè sum-
ptitetur, sed si foris imponatur. Propter quam
rationem in vehementissimis doloribus admi-
nistramus opiatas, ut philonium requiem ma-
gnam, et pilulas ex cynoglosson. Habetis, (in-
quit Hieronymus Mercurialis lib. 6. cap. 13. de
vitijs articulorum, et lue venerea, in fine cap.)
apoca medicamenta, id est, lassitudinem emen-
dantia, ut ait Galenus lib. 7. cap. 1. de composit.
pharm. lo. in quibus ingreditur opium, et citra-
vllum

Nec non de chirō. Signioris fūo. 411
vllum detrimētum lenit dolorem, & arcet: ap-
positē ergo theriaca ponitur; sed tamen aliud
consurgit maximi momēti dubium, quare post
cauterizationem prædicti liquores vtile sūnt,
vt crux tra decidat; non tamē vt usus docet, vn-
guentum basilicum, nec mixtura quæ passim
cōficitur, ab omnibus vulnerarijs, quæ ex thre-
bentina, oleo rosa. & vitellis ouorum, & ab ali-
quibus cum croco conficitur, aut butyro, vel
qualibet re butyrosa. Ad hoc perfectè & aptè
cognoscēdum plurimū refert sectari doctrinā,
curationemque Dionysij Dacæ, quam le-
pidè conscripsit, lib. 3. de tumor. præter natur.
lib. 3. cap. 200. quo in loco de tum. pestilentia-
libus disserit, & siccis medicamentis medelam
molitur, & non vnguosis curationem progre-
ditur: id autem affirmat esse efficiendum, ne
iterum maligna qualitas repullulet, & reuiuis-
cat, quia tunc Medicus culpa non vacabit, si
quidem, vt ego astruo, tutò non curabit, quod
præceptum mirum in modum obseruat Galen.
lib. method. medendi 14. cap. 12. Medicus tutò
inedetur, vbi morbus non reuertitur. Obserua-
re etiam conducit, quod doctrinam, quam ex
Dacā tradidimus, desumpsit ex Aetio thetra. 4.
f. 2. ca. 4. vbi de curatione thymij traxit, & ait.
Post chirurgiam adhibe exsiccantia, donec per-

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

se ñe adustio curetur: nam vñcluosa curatio
affectionem refricat. Et liquet itidem ex Galen.
lib. 2. ad Glauco. qui siccis medicamentis post
vſtioneſ medetur, vbi ita inquit: Post vſtioneſ
ſuccum porri pone. Achachia in commēto: Ar-
acet putredinem ſuccus porri, & vehemēter ex-
ſiccat. Leonardus de Berta. Palia. cap. de gan-
grena, inquit: Ut ſcarā in styomeno auferatur,
folia tenerima porri in aqua decoquito, & cū
pane piftetur, & ſulphure, & fac emplas. & ſu-
per styomenum ponito. Et Theodo. acerrimus
Chirurgiæ indagator lib. 3. cap. 10. de gangre-
niſ: Cūm cauterizaueris, folijs tenerimis cum
ſale tritis pone, vt citius ſcarā cadat, & feruor
minuatur. Hidalgo de Aguero tr. 1. cap. de præ
putij ſtyomeno: Succus porri cum chalcitide
partē corrigit, & putredinē. Tagaul. lib. 1. inst.
Chirurg. de gangr. Facta aduſtione cum porri
ſucco, & ſale vtendum, ſed à Paulo acceperunt
ex lib. 4. cap. 19. ibi ait: Non nulli verò, vi putre-
dinē auferat in gangrena, & ſphacelo, candens
ferramentum adigunt, in quibus ſale cū porro
vtendū eſt. At verò prædicti authores omnes ex
Hippoc. lib. de internis affectionibus deduxe-
runt, vbi de puris amilſione tractat, & inquit:
Quoſcūque vſleris, ſlatim poſt vſtioneſ porrum
multū tritū ſuper vſturas apponito, & per diem

vnum

vnu finito, tādem nos succū porri in ulceribus malignis, & perfidis fauciū, vel per se, vel cum alijs medicamentis permixtū congruē & egre-
giē administramus. Verum enim uero quia affer-
rit Hippo.lib.de ratio. victus in morbis acutis,
quod gratificandū est ægrotanti in purgationi-
bus, cibis, & potibus, reliq'is liquoribus pulue-
res aſsignauimus, vt vnuſquisque eligat ad cu-
rationē, quod ſibi magis per placeat, quāuis fa-
tis certo ſcio à Galeno eſſe prolatū, lib. metho-
di medēdi, quōd qui ægrotatis delicijs ſubſcri-
bit, adulatoris facit officiū: cum hoc tamen po-
teris ulceri maligno oris pulueres, qua arte &
quouis modo eos administrare æger, aut arti-
fex debeat, percurrat ad theor. 33. & 34. vbi or-
dinē, & modum perfectum reperier. Sunt verò
pro ferociſſimis & robustiſſimis huiusmodi,
qui cruſtrā probè lauant, & exacte abſtergunt.

R Ecip'e chalcitidis vſtē & lotæ ſcrup. ſem. aeu-
ginis gran. iiij. trifolij hyperici corticum, ra-
dicū ſcurzoneræ, ſing. ſcrup. ſem. lap. beza. gran.
iiij. terantur ſubtiliſſimē, vt ex Asclepia. ait Ga-
lenus, & ulceri appones parum, id eſt, gran. vij.

L a Pro

Cſeſe

Decanter. Et post fest. tonsi. ulcer.

*Pro eunuchis, pueris, & ceteris, qui sequitur,
pretiosus est.*

REcipe vnicorn. rhinocerontis ana. gran. iij.
lentisci, nicochianæ, cardui sancti, singulor.
gran. iij. atramenti futorij vsti & lcti gran. ij.
puluerizetur, vt ars docet, & vniuantur, in vsum
seruentur, & singulis diebus ulceri adaptentur
gran. v.

Restat nunc litteris mandare, quod pulueres
sunt ulceri apponendi singulis diebus, do-
nec non solum cruxtra decidat, sed caro rubicū-
da sit, idem cum ulcera lauabis, tunc generabit
caro bona & perfecta: nam, ut ait Galenus
lib. ad Glauco. 2. vbi lordes in ulcere, & munda
non sint, bona caro non generabitur. Auicenna
ite lib. 4. fen. 4. cap. 1. Illa, in quibus generatur
caro addita, sunt illa, in quibus fit festinatio na-
scentis carnis ante mundificationem. Erit ta-
men ulcus abstersum, cum caro multum sicca,
nec humida fuerit, ut Celsus lib. 5. cap. 16. pro-
nuntiauit, licet in nostris malignis ulceribus
maior abstergio, & exsiccatio sit necessaria ob-
venenum. Generatur postea caro cum medica-
mentis, quæ in primo gradu siccitatem & cali-
citatem nanciscuntur, vt compertum est apud

Gale-

Galenum lib. 3. method. cap. 3. & lib. 4. cap. 4. &
 lib. de compositione pharm. per gen. & de sim.
 pli. medicament. fa. Repletum poste à cùm car-
 ne sit vlcus, gargarizare vlcus conuenit, vt cō-
 probat Cellus lib. 5. cap. 26. cum frigidis & sic-
 cis medicam. vt optimè testatus est Galen. lib.
 3. artis Medicæ. His consideratis & visis curren-
 ti calamo in memoriam trahere decet, osten-
 dere quid sit cauterium actuale. Est cauterium
 actuale, instrumentum ad vlcera maligna ex-
 tirpanda, necnon ad alias affectus ex varijs &
 diuersis rebus conflatum: interdum ex auro,
 ferro, aut ex alijs metallis, etiam ex arboribus
 & herbis, vt ex lino crudo, & fūgis, & alijs, quæ
 nomen potentialium sortiuntur: & de ijs post-
 modum cōtrouersabimur. Summatim verò ex
 lino crudo, & de cau. ex circulo, & fungis quid
 sint, & quomodo fieri debeant cauteria, siquidē
 ex veterum Academia & iuniorum nullus re-
 peritur, qui exactè notitiam tradiderit, quam-
 uis Hippocrates lib. de affectionibus differens,
 de podagra, de cauterio, de lino crudo sermo-
 nēm facit; tamen adeò obscurè, vt Aedipo con-
 sultore indigeat: ait ergo: Si verò in digitis ex
 podagra dolor relinquatur, venas paulu'um su-
 pra articulum in dito nodum inurito; vrto
 autem cum lino crudo. Nodosa & intrincata

Decauter. & pestif. tonsil. ulcer.

profe etiò lectio, nos sanè eam sic exponimus, intelligendum est, quòd sit linum, antequā m aceretur: nam Antiqui caulem lini iuxta quantitatem quatuor, aut quinque digitorum sumebant, deinde ponebant linum ita per longum super partem affectam, postmodum in summitate accendebat, usquequò accensus carnem vrebatur; hoc tamen faciebant veteres, quia cùm paulatim accendebarūt ille caulis, pars assuebat præsentire calorem & usutionem; ita ut quando pars vrebatur, verè minorem cruciatum præsentirent, idem componebant cum fungis (quid sit fungus, vide Paul. libro 6. cap. 49. & Fragos. fol. 146.) accipiebant exsiccatos, & parti affectæ adiungebant, & in summo accendebat, & detinebant, donec totus fungus combustus combureret partem: vrbas sunt ex Cælio Aureliano libro 5. tarda. passionum, capite 1. in fine. Menti nunc se offert discutere, quare Hippocrates, libro de internis affectionibus, vbi partes sunt carneæ, utitur igne, vbi ossæ, & neruose, usurpat linum crudum, aut fungum. Ratio sic se habet, quia vbi caro vrenda est, opus est medicamentis magis exsiccantibus, quandoquidem caro mollis & humida est, vbi partes ossæ & neruose poscent ignem minus exsiccantem: quapropter res fel-

fellenda est illorum temeraria ignauia, qui in-
discriminatim cauteria administrant. Omit-
tendum rufus, nec ignorandum non est, aliud
cauterij genus, de quo nos certiores facit Hiero-
nimus Mercurialis in praxi de vitijs articu-
lorum, & lue venerea, lib. 6. cap. i. vbi ait: Ha-
bebant veteres in ysu, sale & oleum cingebant
partem affectam, circulum ex pasta, deinde im-
plebant illum circulum sale, vel oleo, postre-
mò igne candenti liquefaciebant sal & oleum,
& pōst mittebant ferrum ignitum. Quos vren-
di modos apud veteres, ait, nominantur prae-
cipue à Cælio Aureliano, libro 5. tarda. passio-
num (ut dictum est) capite i. qui inter classem
Græcorum antiquissimus est author, ut liquet
ex Tiraquelle lib. connubialium, lege 9. glossa
1. pag. 9. & esse antiquorem Galen. testatur, vs-
que ad huc de inusitatis nostris temporibus
cauterijs pretiosiora nos ruminavimus,
& ad alia stylum conuer-
famus.

Decauerter. & pestif. tonsil. ulcer.

THEOREMA XXVII.

Quod i. celeberrima parantur cauteria ex auro
ostendit, ex alijs metallis
non sic.

VIdetur, quod inter omnia metallorum genera ad cauteria primatum æs amplectatur: nam propter eximias eius dotes, & abditas naturæ proprietates hoc metallum veteres ad astra extulerunt, & illud adeò celebrarunt, ut in statuis, in imaginibus, in idolis, & Deorum cultu, atque in nummis assignarūt, vnde Ouidius lib de Fastis.

Aera dabant olim melius, nunc nomen in auro.

Et cæteris metallis sic anteponebat, quod Rex Seruius primus æra signare cœpit. Ad hæc prodidit Plin.lib.33. quod veteres arma ex ære parabant, non tamen ex ferro, ut docet Hesiodus, *Aere laborabant, nec ferram erat nigrum.* Adeò præstantissimum & laudabile erat metallum apud priscos, maioresque nostros, ut in sacris nullo alio vterentur metallo, ut ex historijs liquet; eo ad pavimenta, testa superba, vasæ, thuribula, & calices vtebantur: & ita huius metalli virtutes exararunt, ut dicat antiquitas, quod dæmonum opera inualidantur, frustranturque. Et libro

Exodi

Exodi passim, cap. 26. 27. 30. & Leuitici 6. & 26 Regum, & 28. Vasa, & omnia necessaria al-
tarisiebant. Theocritus sect. 10. ait, quod Me-
dea herbas euulsit, & in calices æneos posuit,
secasseque falcibus. Mani. lib. 2. & Papinus 6.
Alexand. lib. 2. cap. de ęris excellentia sic sub-
texit sermonē: Ipso dæmones abiguntur. Rho-
digin. lib. 19. cap. 10. Qui diuitijs antiquitus prę-
stabat, æneis poculis vrebatur; non tamen au-
reis, propter eximias eius facultates, fluxionis
bus capitis mederi, & fascinationibus sensit
Paul. lib. 1. cap. de ære, suffitus influxionibus o-
culorum valet: nam ex eius vaporibus cerebrū
expurgatur, hinc æneis vasis præparamus tu-
tiam, & medicamenta ocularia, vt Galen. lib. 5.
cap. de ærugine ęris, 4. de compos. pharm. lo. &
4. per genera, & lib. de oculis, cap. 4. & 4. de ra-
tion. victus in morb. acut. Græci, qui veluti lin-
gua altera, arcana naturæ reuelarunt, tantum
esse huic metallo robur affirmabant, vt eius so-
nitu, quæ ab illo, & exhalatione spirat, & sol,
luna, & astra obscurabantur, ijsdem iterum ful-
gore pristino nitoris reducebantur, qui fuit an-
tiquissimus mos apud omnes gentes fulgore
ęris, & strepitu ingenti nubila abiisci. Plautus in
Aemilio ait: Ea nocte cùm iam cœnassent, quie-
ti, somnoq; indulgerent milites, luna obscurari

Decanter. & pestif. tonsil. ulcer.

cœpit, ac deficiēte lumine multis coloribus permutata, tandem nusquam apparuit, Romanis reuocatibus, vt cōsuetudo est, tinnitus eius lumen stipulatur. Mani. 5. Astro. vbi ait.

Seraq; in extremis quatius generibus era.

Cæterū et si ex ære facultates tam mirificè conscribantur, vt aptius fatearis, quod cauteria ex ære construi debent, nota ex Arist. sect. 1. probl. probl. 25. Quam sententiam adfert Camarenis Fustamantinus lib. de animal. reptilib. quod si quis ære incisus fuerit, facilius sanatur, quāquis altero metallo iesus, tum ambusta, quæ hoc metallo fuere excitata, ex eo quod medicamentum, & morbi causa sit æs. Et testatur Camarensis hoc fieri propter siccas exhalationes naturæ, & slipticas, à quo metallo exspirat, quibus exsiccatur vulnus, vt facilius coalescat, quod expediat, vt siccetur vulnus, liquet ex Gal. lib. meth. & ex Hippo. lib. de vulner. vbi siccū ad sanum, madens ad vitiatū prorsus accedit. Sed quid singularia cōnector, & colligo, quasi oratione cōprehendi possint laudes cauterio ex ære. Cū hoc tamē, vt infrà videbis, cauteria ex auro pro diuitiis cōstruimus, & eius laudes, etiam opelude fonti. & caut. cognosces, vt possint iuuenes incepitater pro abigendis ulceribus malignis oris eis vti. Restat nūc rationes afferre, & autho-

rita.

ritates, quib. cōprobemus, cauteria ex auro be-
nigna & proficua esse. Doctor Carthagena de fe-
bri pestilen. de carbūculis disputāo ad cauteria
magnificat aurū, & Plate. lib. de simp. med. ait:
Cauteria ex auro nō cancerat, neq; eripellat;
sed potius partē illustrat, & corroborat, atq; tē
peant. Et asserit Arnal. Villan. quod cicatrices
pulchras in facie facit, ut in oculis, & cōproba-
tur per Babur. de Mola, quē citat Fragos. in lib.
Chirur. Aurū tēperatum est, neq; dolorē infest,
facile cōsolidat, cui cōstipulatur Auic. c. de au-
ro, quāobrem Albuchasis dogma explodendū,
& repudiandū est, qui ex ferro cauteria cōficit,
quia exactiū & præstantiū cauteria ex ferro,
quā ex auro cōmensurantur. Sed huius dubij fa-
ciliis est solutio, si hoc cōsideras, videlicet, quod
vno & eodē tēpore Chirurgus igni mādet cau-
teria ex auro & ferro, & postquā accensa sunt,
& scintillare videantur (pro nostris ulceribus
nō scintillare debet, sed parū ignita sufficiūt, vt
dictū est th. 13.) extrahātur ab igne, quo cōsilio,
qua itē arte factitandū sit, percurre ad theo. 25.
& 26. Ex his porrò doctus euades, tamen præ-
meditandum est, quod pro opulentis ex aurō
cauteria strenuè opitulantur, pro pauperibus
satis est ex ferro: nam vt testatur Galenus lib.
de compos. pharmac. secund. locos pauperibus

De cauter. & pessif tonsil. ulcer.

alicæ farina satis est, diuitibus alia præstantiora: nam ait: Satis enim scio, Medicos pauperes aesse, . . qui b. ipsis curantur, quibus alica sufficit, non filigo, nec triticum.

T H E O R E M A XXVIII.

*In quo èterum laudantur cauteria actualia,
& in sequentibus potentialia.*

MEinini, me primo horum voluminum theor. 11. sermonem de cauterijs instituisse, sed nūc vltiorem cognitionem nactus, & in perscrutādis ulcerum cauterijs excitatione, diligētius quædam exarare decretum est mihi, siquidem inter pleraque & innumera Chirurgorum instrumenta, quæ usui humano conuenire dicuntur, cognitum, atque manifestum est, cauteria actualia primatum obtinere: attamen hoc nostro sæculo propter ignauiam Chirurgorum, & Medicorum (quos Deus male perdat) sepulta, & quasi inusitata permanserūt: sed cùm ab Hippocrate, & Galeno, necnon à multis benè natis Medicis, & Chirurgis extollantur, si alij formidolosi nostra cōfopiant scripta, nihil mea refert. Refert tādem Lāf Maior tract. 3. cap. 18. quod cauteria actualia cæteris iure anteponuntur, quia dolorem sua positione non

non multum inferunt, & notabiliter operatur, cui etiam astipulatur Berta. Palia. & Albuchensis 1.lib.cap.1.inquit sic: Scitote, fratres, quod ex secretis curationis post cauterium cum igne, & bonitate eius super cauterium cum medicina comburente est, quoniam ignis est simplex, cuius actio non peruenit nisi ad membrum quod cauterizatur, & non nocet membro coniuncto cum eo, nisi inumento paruo. Medicinæ vero comburentis actio venit ad illud, quod elongatur ex membris: & fortasse facit accidere in membro ex gritudinem difficilis curationis, & fortasse interficit: ignis vero propter subtilitatem suam, & bonitatem substantiae non facit illud, nisi superfluar. In quibus adiuratissimus testis est Rha. dum ait: Cauteria omnia compleant, siquidem in omnibus capitum fluxionibus, ut in rubore narum, aurium, & oris, quam in summa capitum parte usque ad cranium, si imprimatur (Mercurial.lib.de affect.cap.16.) utilia sunt, dum leviter & celeriter applicentur. Hanc etiam censoriam fecit Lanfranc. maior lib. & cap. super citato, & lepidam & generosam recitat sententiam cuiusdam mulieris, quem per humoris a capite effluxum per septem annos loquelam amiserat, item & vocem, & cum bis & ter cauterium ignitum in capite positum fuit, cranium despo-

Decauter. & pestif. tonsil. ulcer.

Iauit, & vox fuit restituta, quo sit, ut laudibus non careant cauteria, præcipue si mortua fuerint, de hoc vide theorem. 25. in omnibus vlece-ribus prauis & malignis oris, siquidem (ut diximus) ex affluxu humoris à capite sunt; denique in ore optimè cauteria concedantur, nisi ignis superfluat, quia tunc dolorem paucum inferūt mortua, quod mirum non est dolorem efficere, si prodesse debent: nam ex Galen. tr. cap. 1. methodi patet, quod difficile est inuenire auxiliū, quod citra noxam magnificè prosit: ignē ergo non pertimescere debemus.

T H E O R E M A X X I X.

Deignis lauditus & cauterijs, & propter formidolosos aliqua ad- uertuntur.

AB adolescentia decretum est mihi, & mente fixa statui, postquam artem Medicam exercui, & ei insudaui, quid in morbis contagiosis & pestilentibus contingat: item & in reliquis annotare, an interessent, an ægrotantes sanarentur, quo ordine, quibus deinde præsidijs, & in hac mea polyanthea commendare. Incidi ergo in quosdam, qui veritatis amatores erant, & omnia cauteriorum ge- nera

nera collaudabant, nec ignis ferocitatem, & vehementiam per timecebant, exacte & concinne intelli gebant, ignis ferocitatem esse necessariam, siq; uidem eo innumera iuvant, quem non solum vifurpant ad cauteria, sed in cibis coquendis, tenebris abigendis, frigoribus accendis, plurimisque alijs palmam fortitur. Quod autem ignis authoritas, eiusque excellentia sit amanda, patet, si quidem lapides eo in calcem & terram conuertuntur, aurum & argentum liquuntur, cremato lapide camenta in teatris alligantur, suffitu ignis pestis dissipatur, & abolitur crassus, atque pestilens aer attenuatur, & abolitur, ut Hippocrates & Empedocles ostenderunt, quos citat Plinius lib. 36. cap. 27. & Plutarch. lib. cuius titulus est, An aqua, quam ignis utilior sit? & Ouidius lib. fastorum collaudat. Metueundus ergo ignis non est, nam ut Xenophus commendat reliquit lib. de factis & dictis Socratis. Nihil homines, quae ad vitam egregia sunt, sine praesentia ignis factitant, & dispensant. Addendum rursus existit, quod affirmat Plutarchus in comment. quod de Osyride scripsit, ignem commendabilem, & abditam vitam obtinere, ad morbos profligandos, adeo ut Aegyptios apud ignem haberi iussissent, & admodum profuisse. Asserit praeceps nominatissimus, & eximus author in libro

Decauter. & pestif. tonsi. ulcer.

de utilitate ex inimicis capiendis, omnium artium instrumentum fuisse. Et Homerus lib. 12. Iliados ignem vocat diuinum & admirandum, plurimæque gentes ignem vice Numinum collunt. Idem tenet Persius, ut tradit Herodotus in Thalea, cui subscriptibit Strabo lib. 15. Luci. in Iouis tragedijs, & diuus Clemens in lib. recognitionum 4. Socra. in historia triparti. lib. 2. cap. 9. Alios dimitto classicos authores, ne prolixior, quam par est, aliquibus esse appareat, qui satis perdoctè & faberrimè hanc meam censuram declarabunt, & cunctis exponent.

T H E O R E M A X X X .
*Disputatur, nulla esse tam bona, que omnino
vitio careant.*

CVM cauteria speciosa esse ratione ignis exposuerimus, non desunt qui nostra asserta suggillent, & naucipedeant, qua in re tanta est veritatis vis, ut quod honestum & sci- tu dignissimum est, non occultari possit. Convenientissimum ergo est explanare, nihil esse tam perfectum & honorificum, in quo aliquod perniciosum non latitet, ut liquet ex sequenti- bus. Siquidem sol, qui inter omnes planetas & sidera primatum amplectitur, lucemque omnibus

bus ministrat (dāna multa efficit, vt dicemus) tenebras aufert, & reliqua astra occultat, vt magnus ille Polyhistor Plin. tenet, lib. 2. cap. 6 & qui vices temporum, annumque renascen- tem temperat, & nubila serenat, & suo lumine sydera frēnat, præclarè omnia intuens, & ex- audiens, vt Principi literarum Homero esse vi- deo complacuisse, vt refert libro 2. Odiss. 11. & 12. his verbis.

Sol qui omnia videt, et omnia audit.

Virg. 4. Aeneidos.

Sol qui terrarum omnia lustras.

Ouidius lib. 2. Metamorph.

Sol oculis iuuenem, quibus aspicit omnia, video.

Et lib. 4. inducit solem ita loquentem.

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus.

Orpheus ante alios sic cecinit.

Audi beate aternū omnia habens, omnia contuente,

Oculū Titan auro fulgore nitēs, Hypericum celeste,

Lumen oculis iustitiae, vita lux.

Tullius lib. de nat. Deorū: Solem venerabantur Antiqui tanquā Principem & moderatorē cæ- terorum luminū, item sol salutaris omnia con- feruat, alit, auget, suffinet. Cū hoc tamē aliquid praui in sole collocatur, quapropter benignus, & benē morigeratus Medicus, & lector perpē- dere debet, quod si cauteria dolorifica sunt, non

Decauter. & pestif. tonsil. ulcer.

sunt vituperanda ; siquidem à multis & varijs
æ gritudinibus sanos homines reducunt. Insu-
per probatur hac celebri & generosa ratione:
Sol sua excellentia & probitate omnibus sub-
uenit; tamen citra tempus multa mala facit, ex-
siccat, abolet, absumit, nigra flauaque reddit,
quo sit ut Statius Cæcilius pronuntiauerit: Ho-
mo homini Deus, si suum officium sciat: tamen
ijs hominem opprimit, violat, necat: nam in pro-
verbio apud Plautum: Homo homini lupus: &
ut ait Seneca ad Lucillum, in eius epist. 102. Ab
homine homini quotidianum periculum, apud
hoc expedit intensis oculis intueri, nullum est
in alium frequentius, nullum pertinacijs, nul-
lum blandius, & cætera quæ sequuntur. Et
quod nulla sunt tam bona, quin aliquid pesti-
feri & maligni in se nō retineat, liquet ex Qui-
dio lib. 2. de Tristibus ad Augustum.

Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit,

Nil prodest, quod non ladere possit idem.

Igne quid utilius? si quis tamen vorere recta

Comparat, audaces instruit igne manus.

Eripit interdum, modò dat medicina salutem,

Quaq; iuuet, monstrat, quaq; sit herbanoccens.

Eclairo, & cautus præcingitur ense vinctor,

Quiq; ille, sed insidias hic, sibi portat opem.

Insigniter & circumspectè protulit Cælius Au-

reliæ;

Nec non de chiro. & ignis. fau. 50
relia. lib. 3. tarda. passionum, cap. postremo, fe-
rendum est leue dampnum naturalis officij, quo-
ties maior excludendæ passionis promittitur
utilitas Cauteria ergo meritò laudantur, si mor-
tua fuerint, in ulceribus malignis oris (nisi sub
lingua, &c in capite.) Docta proculdubio est sen-
tentia Gal. lib. 12. methodi, vbi monet Medi-
cum, ut à soporiferis, quām maximè potest, ab-
stineat: nam corporis habitui non nihil officiūt.
Si autem ex viribus resoluendis mortem time-
mus, tempestinè huiusmodi medicamētis vta-
tur: quòd autem corpus aliquid lēdatur, nō su-
mus ignari, lēsionē potius quām mortem op-
tandum. Et loquens Galen. de indurato splene,
lib. 2. ad Glauc. Idem astruit Alexāder Trallia-
nus de Narcoticis describens. Rursus ait Pli-
nius, alui solutiones Pharmacis, nisi cogat ne-
cessitas, non oportet experiri. Item probatur
ex Platone in Thimēo: Mortali, nisi periculisissi-
mi sint, pharmacis non sunt irritandi: nam si
salutem pollicētur, amara cùm sint, molestant.
Et Plutarchus lib. de tuenda bona valetudine,
quòd ea quæ profundunt, rōcua & damna sa quo-
dammodo sunt. Ad hæc, ut ex hoc labyrintho,
& obscuro labore tutissimus vadām, nulla sunt
ita bona, quæ vitio omnino careant.

THEOREMA XXXI.

*Vt i differitur, quod nulla sunt ita noxia,
quae interdum non profint.*

SVNT profectò innumera noxia, quæ non insimum, neque spernendum remedium pro tutanda hominum salute tribuant, astruit Theogi, vt probat Socrates, quod morbus multos magnificit, quibus sanitas nocua esset. Liquet deinde ex diuo Paulo, qui dixit: Virtus in infirmitate perficitur: quid quod cura auri, & ferri plurimis est pecuniarum, & auri usus, & vitæ humanæ necessarius, vt de ferro scribit Plinius libro 34. capite 14. tamen multi ferro, multi auro interficiuntur, & plures auro multa congesta, & pecuniarum cura strangulat, & quædamnum tribuunt, sint saluberrima, & alijs meliora palam est ex Aeliano, libro quarto de varijs historijs. Hieronymus Siciliæ Rex cum morbo vexaretur, factus est litteratissimus: & audi testimonium ex Etinio, vt ait Plinius libro septimo, epistola ad Maximum amicum: Nuper me languor admonuit, optimos esse nos, cum infirmi sumus. Plutarchus dicit: Rex Macedoniæ cum à magno morbo conualuisset: Nihilo, ait, peius est, siqui-

siquidem hic morbus admonuit me, ne effera-
mur; sed mortales esse credamus: quod autem
ægritudines sint efferendæ laudibus, conspi-
tur ex his, quæ Plutarchus iterum recenset in
principio vitæ Pelopidis. Cum apud Antigo-
num quidam confidenter animo habitudine cor-
poris prosperè militaret, interrogatus à Rege,
quænam esset palloris causa? iussit Medicis, ut
si aliqua essent præclarissima ad salutis reme-
dia, diligenter exquirerent: per multa autem &
varia remedia sanatus est, & coloratus euasit.
Admiratione Rex est correptus, cum ad bel-
lum postmodum ignavus & torpiculus erat.
Tu, ait, o Rex, me inaudacem fecisti, ut non
belligerarem, cum à malis me saluasti, à quibus
vivere flocci pendebam. Ad hęc non extra rem
fuerit aliā celebrem historiam in mediū affer-
re. Diuus Petrus Tito discipulo interrogati, cur
Petronillam tadiu ægrotare pateretur? & mor-
bis grauata m in sanitatem reduxit, & surgere
iussit; tamen iussu patris ad lectū reuersa, mor-
bo fuit apprehensa. Cognitum est virginitatis
puritatem sequi, & non cum Floro Prætore
nubere. Noxia ergo ad culmen veritatis eue-
hunc, & innoxia absque dubio graue nego-
tiū faceſſunt, finaliter eneruanda, & consopien-
da censura (ut millies diximus) illorum est, qui

Decauter. Et pestif. tonsil. ulcer.

imprudenter cauteria accusant, & ab eis abstinent: & quia loquacitatis potius, quam doctrinæ proprium habetur, eadem rursus repetere, transeo ad sequentia.

THEOREMA XXXII.

*Quod pueri, & infantuli plus quam alij fau-
cium & tonsillarum ulcer. cruciantur, de-
monstratur. Item quod fonticulae prosunt,
cursum tamen setones.*

Dixi, atque exposui, sententiam proposi-
tumque meum circa cōgruam curatio-
nem ulcerum chiron. oris, tam esse fa-
ciendam cum cauterijs actualibus, quam cum
potentialibus & alijs præsidijjs. De setonibus,
quia ex propinquo, & morosè attrahunt, & eu-
cuant, pauca dicemus; de fonticulis tamen plu-
ra. Ante pubertatem plusquam alia hominum
familia ylceribus malignis faucium & tonsil-
larum vexantur plurimi, quod strenue conte-
statur Oribas. Aretheus, & eos sectatur Aetius,
qui afferunt, cùm pueri & infantes plurimum
calorem nanciscātur, fit, ut multum frigidi in-
spirent, & cùm ad cibos, quia multiuori sunt,
sint intemperati (& vide Gal. lib. i. de crisibus,
cap.

cap.iz.) facillimo negotio corruptunt eos, vt
tenet Aetius tetra.2.s.4.cap.46. qui inquit: VI-
cera in fauicibus & tonsillis ut plurimum gene-
rantur in ætate puerili, ob vitiosos prauosque
succos, præsertim Vere, & pestilentibus consti-
tutionibus, varia quippe ingerunt, quæ ocyter
corruptuntur, & cruditates generant, ex qui-
bus succi venenosi procreantur, qui reptant ad
cerebrum, & vlcera propter affluxum humo-
rum in oris ambitu fiunt: quare nec vocifera-
tione temerè & inconsulto ut redum. Cuius etiā
rei testis est Oribas. lib.1. synopseos cap.10. &
ut clarior sit doctrina, afferam egomet autho-
ritatem, quam ipse ex Antylo recitat ex salu-
bri vociferatione. Pueri, inquit, cum cruditati-
bus scatent (vide Gal. suprà) vocem exercere
non debent, ne exactione inspirationis & expi-
rationis, quæ firmior & scitator facta sit, dum
vox in magnitudinem accreuit, quia tunc lar-
gius vapores per corpus distribuuntur, & cor-
ruptuntur, & à cerebro attrahuntur. Inquit sa-
nè Hippocrates lib. de morbis 2. Cerebrum ri-
tu cucurbitule ab uniuerso corpore excremen-
ta attrahit, deinde ad alias partes demandat, vt
ad os, & partes adiacentes, ibique cum persi-
stant, & collocentur (vt ait Aetius tetra.2. s.4.
cap.2.) quæ aspera arteriam ambit per magnas

voci-

Decauer. & pestif. tonsil. ulcer.

vociferationes, quibus frequenter vtūtur pueri, extrā prolato spiritu percussa inflammatur, & iuxta arteriæ extremum vltra hanc plagam musculorum actio offensa maiore affectionem operatur, & vlcus efficit, aut inflamat fauces, aut collum. Quapropter vt huic subuenias, & in illud non incidas, prouide præsidia parabis, vt Aetius affirmat cap. suprà citato, si cantores cōmonefeceris, & qui vocis exercitiū faciunt, vt citharedes, præcones, tragœdes, si alio prius exonerata inferne partes optimè fricentur, & facies lauetur, & vt mox à somno, loquēdo moderatè, aut deambulando, seipso præparauerint, ad vociferationem progrediantur. Quem præparandi modum cum pueri non custodiant, alienigenique sunt, & inconsideratè, & puerili-
ter vociferationi operam tribuant, mirum non est, si chironis & perfidis ulceribus frequenter crucientur, & indesinenter molestentur inflammationibus. Quæ omnia verissima esse censeo, & suspicor, nisi mea fallatia fal- lat.

THEORE

THEOREMA XXXIII.

In quo de fonticulis, & setonibus aliqua declarantur, ex qua materia componi possint, & ad quod tempus apertum esse debeat vlcus.

Hippocrates in epistolis ad Democritum conscribens ait: Omnes homines artem Medicam nosse oportet: est, inquit, honesta res, & salutaris ad vitā tuendā: ipsa namque absente mens alacritatē non retinet ad veritatis considerationem: morbus enim præsens animalm vehementer obscurat, & torporem inducit ex spectatissimis his verbis: Conuenit totis viribus conatuq; maximo, aduersemur omnibus affectibus, omni arte & diligentia, ut sanitatem recuperemus cum omni sylua medicamentorū, & instrumētis, de quibus exactissimè suprà sermonē fecimus. Supereft nūc mēti commendare ex qua materia setones cōfici debeāt, qui et si ad nostra vlcera truculēta fauciū opifera nō sunt, quia tardē auxilium præstāt, in alijs morbis cōferunt, & proficia sunt. Ad rē igitur deueniēdo affirmamus, quod quidam non infirmæ sortis Medici, atque Chirurgi cōtestantur, quod setones confici debent ex filo, aut ex sera

O

pur-

Decanter. Et postif. tonsi. ulcer.

purpurea, cum pilis caudæ equinæ, sed ex qua-
cumque materia parentur, ignorandū non est,
quod à capite sensim, & à partibus propinquis
euacuant: fonticulæ, quæ ex cauterijs ignitis
fiunt, ex longinquis attrahunt partibus, & eu-
cuant. Setonibus congruè vſus eſt Doctor Paf-
chalius in chariſſimo filio ſuo, cùm octo imple-
ret menses, ut libro de curandis morbis aſſerit,
cap. 16. quem ſectatur Pereida eius commen-
tator libro de sphærulis, in frā (quorum aſſerta-
videre licet theorem. 8.) Rodoletus libr. de in-
ternis morbis, capit. 361. ſub occipite cauteria
parat, & fonticulas aperit, ibique aſſerit, Florē-
tinæ mulieres in infantulis fonticulas ſub occi-
pitate faciunt, idque habent in communī vſu,
experientia edocet, vt poſſint iſpos, à morbo
comitiali liberare. Tandem ſi fieri poſteſt, viſis
oris ulceribus cauteria in infantulis ſub occi-
pitate, & cucurbitulæ cum ſcarificatione in ſca-
pulis aptè adaptantur. In pueris etiam ante ſe-
ptem annos proſunt cauteria, in alijs item mor-
bis tutiſſime admouentur: qua in re non eſt au-
dienda, ſed prorsus abominanda Albuchasis
censura, qui niſi poſt ſeptem annos cauteria in
pueris non adminiſtrat: nam etiā in alijs morbis
hoc verum eſſe poſſit, in noſtris oris prauis ul-
ceribus abſtinemus ab eius opinione: quia cùm

fe-

ferocissima sunt ulcera, omnia remedia, si leuia sunt, repudiant, & explodunt. Quod optimè testatur Galenus libro 5. method. cap. ultimo, & dictum est theo. 25. Minimè, inquit, à paruis remedijs incipiendum, neque, ut illi dicunt, sentiendum, illa priùs esse tentanda, mox maiora: nam in morbis, in quibus periculum non impédet, vera est opinio: at ubi moriendus æger est, à minoribus inchoasse, ut in Pthoe, citra rationem est à minoribus inchoasse, curantis consilium dirigi debet ad id quod magis urget: nā extrema extremis sunt remedia, ut dixit Hippocrates, sed nobis non subscribes: quia dicit Galen. lib. 1. metho. cap. 4. seruare in omni methodo oportet, ut remedijs minoribus te exerceas, quam maioribus artem adhibeas, sermo verus & germanus est, ubi dummodo necessitas, ut diximus, non urget quid aliud. Cauteria ergo necessaria sunt pro fonticulis, que aper ta esse debet, quo usque materia maligna & venenosa euacuetur: tempus autem tūc erit, cum æger à morbo liberetur. Quod dogma exactè nos docuit Celsus lib. 8. cap. 2. cuius exaggeratissima verba ita sonant: Cum aliquid exulcerandum, ut materia intus abdita euacuetur, cādenti ferro non sanatur, donec vitium tollatur, & melius æger se sentiat: nam tunc in arterias

Decauter. Et pestif. tonsil. ulcer.

per fonticulas reiectasse euidēs est. Suggillanda meritò , & increpanda à me venit Rolandi assertio , qui conspiranter testatur , quòd per centum & sexaginta dies (Fragos. in fine antidotarij) fonticulae sint aperte. Quam propositionem nimis procaciter sectatur Rogerius; de cætero , quia tempus est semiperfecta ad finem perducere , & absoluere , ut notat Hippo.lib.de arte , aliud ventilemus theore: ne vlla fiat temporis iactura , & prolixitatē studio sequi videamur.

THEOREMA XXXIV.

*Vt probatur, quòd cauteria potentialia præsunt in curatione ulcerum faucium,
præcipue in pueris, Et morosis.*

OVita, o mores, nō cum illis loquor , qui sapienter cognoscunt , cauteria potentialia esse speciosa in pueris , & in alijs etatibus in malignis oris ulceribus , sed cū alijs nostra adest controuersia , qui mundo Aesculapios esse confidentur , vitiligant autem non conferre cauteria actualia , neque potentialia in pueris:nā , vt assentit Plato lib. 3. de Repub. pueri omni bestia intractabiliores sunt , propterea quòd neq; retinere regulā , neq; rationē admittere ,

tere, neque seruare rem aliquam cum prudenter & benignitate possunt: in tantum quod superuacanea auxilia & insulsa esse conspiciantur, hallucinantur tamen (me iudice) nam qui decimum annum & quartum compleuerunt, ut plurimum necessitate coacti os aperiunt, & non solum amanter & quiete cauteria potentia recipiunt, sed tamen actualia, praesertim si, ut semper notauius (vide theorema 13.) mortua fuerint, id est, parum refrigerata, & quasi carbonizent, potentialia item castigata & correcta. Ex praedictis percipies, quantum peccauerit Apocriphus, qui theorematem 3. ut supradicte declarauimus, falsis declamatiunculis chartam Augustinam repleuit, & cauedum esse in ulceribus faucium ab actualibus, & potentialibus ait, sed de actualibus probauimus, iam, de potentialibus conscribit Gal. lib. de compophar. lo. cap. de Aphthis, ex testimonio Archigenis, & Apollonij hac verborum serie, chalcidice oleo tritâ, pennâ aphthis indito hoc è vestigio sedat, id est devlceribus malignis ruminabis: & iterum ait eod. lib. cap. 4. ex Andro. testimo-
nio ibi ait Gal. terito (& reliqua ibi caustica potetialia ponit) & per lintheum cōcernito, deinde digitum cum oleo mā defacto adiunge parti affectæ, ut tonsillas, palatum, & vuam absterget.

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

Asclepiades ad laxam columellam caustica ad ministrat (nos actualibus esse vtendum diximus) & cum arundine sufflat, vel pulueres cum digitis apponit. Galenus tamen ait, cum arundine sufflare valde improbo: differtur enim ex medicamentis multū in gulæ sumum, tā in ipsā gulam, præstat cocleario indito opprimere, quemadmodum ego vti soleo, vt vidistis. Cinnè ergo caustica ulceri oris, vbi cunque sint, ponuntur. Comprobatur etiam ex Archigenis, & Sorani cēsura, qui chalcit. & atramēto sutorio vtuntur, si vsta & lota extiterint, hoc modo acrimoniam, & acerrimam vim deponūt, vbi cunque apta redundunt, vt ait Galenus libro simp. medicam. facul. cap. de chalcide. Omittendū autem non est, quod in ijs, & reliquis effrenatis & malignis medicamentis permiscenda sunt alexipharmacæ, vt ex Mesueo est notatum, & nunc nouissimè testatur Ludouicus Mercat. lib. 1. de morbo Gallico, cap. 13. Conteritur, inquit, & infringitur malitia, & venenosa medicamentorum facultas, si cum eis permisceas alexipharmacæ: nā naturali antipathia inimicum perdunt, & corrumunt, & in melius reducunt ulcerum quodvis genus malignum & igniuomum. Et quia multa se offerunt extricanda, superest nunc explanare, quomodo cognosc-

ce-

cemus chalcitudem esse vestram, siquidem apud authores graues, & nominatissimos controversum est. Hanc propositionem disertissime declarat Galenus, & absoluit, dum dicit libro de antidotis, tractans de theriaca in ijs verbis: Chalcitis aduritur, donec porateum, vel cineris colorem repræsentet. Modus autem administrandi hic erit, ut prouide & scitissime dixit ibi Galenus: Ad theriacam sume quadraginta drachmas chalcitudis, & in olla noua posne, ut ex istis quatuor accipias, tale, ait Galenus, exiguum in multo combustio reperies. Ignorandum præterea non est, quod et si acrimoniā & mordacitatem per vestitionem chalcitudis amittat, mitior, suauior, atque benignior redditur ob lauationem, ut suprà explicuit Galenus: lauetur tamen, ut ipse refert pluries, lib. de compositione pharmacorum per genera 1. capite 10. Lotio fiat per aquam pluviale, que ut in opelula de Aquis dicemus, inter omnes primatum obtinet, & sua astrictione misere in modum reluctatur ulceribus

prauis oris.

(§)

THEORE.

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

THEOREMA XXXV.

*Quomodo sit utendum causticis potentialibus
exponit, lepideque ostendit melius hic,
quam supra.*

Maximi ponderis est perpendere, Atti-
ceque disputare, quo pacto caustica po-
tentia fiant administranda. Quidam,
ut vidisti, cum digitis pharmaca vlceribus oris
admovent, alij per calatum, arundinem, caule
(ut ait Aretheus lib. suprà citato) & specillum,
varia medicamenta caustica adiungunt, & ali-
ter ac aliter apponunt. Iam suprà Galeni opi-
nionem declarauimus, & postmodum aptius &
nobilius dicemus: nunc Cornelij Celsi textum
exponemus ex lib. 6. cap. 15. vbi de cancro ait,
quod si puer incidit (idem de nostris vlceribus
malignis habetote) medicamentum lana inuo-
latum in specillo supra vlcus imponendum, &
ut nequidquam deuoret curandum: summa ná-
que aliter imperitia est. Usque adhuc Celsus,
Galenus tamen suprà ait: Ponatur ea corporis
figura ordinata, ut neque quidquam deuoret,
neque in stomachum pharmacum penetret, &
nauseam, & vomitum excitet: tamen et si am-
plissimorum doctrina sit, pace tantorum præ-
stan-

stantissimorum virorum, per placet mihi in medium afferre opinionem meam, quæ hac verborum serie cōtinetur. Nihil refert, etsi tātillū deuorent infirmi, siquidē medicamentorū pernicies correcta est, & vt plurimū cū alijs clemētissimis pharmacis cōcinnatur, tunc neq; vomitū, neq; nauseā causat, magis quippe licentiosa à Paulo Aegineta tradita est cēsura lib. 3. c. 28. qui absque timore & correctione medicamēta usurpat caustica, & propinat, vt liquet in cōpositione capnisti, in qua ponit sandaracham, quæ calidissima & valdē effrenata existit, & pensat vicē venenosia auripigmenti, vt eodē cap. testificat Diof. Anazarbeus, quam iterū idē Paulus sequitur doctrinā, & per os absq; noxa esse deuorandā affirmat lib. 3. s. cap. 13. ibi ait: Sandaracha datur ex mulsa, purulēta ex tussientibus, suffitur cum resina aduersūs veterem tussim. Luce ergo meridiana clariūs cōstat, quod chalciti sulphure viuo, & anteacto metallo in oris collutionibus, & alijs modis vti tutissimè possumus, etiā & sufflare, & egomet faciēbā: quæ præsidia in meis ægrotatibus strenuè & prouide præualuerūt, præcipue quādo pulueres lana in specillo imponebā, aut pulueres per calamum sufflabā, etsi tetrū & festidū odorē ægrotantes respirabāt. Prædices tamē, o mira res, o res mi-

Decauter. & pestif. tonsil. ulcer.

ra, o fors fortuna, o fortuna fors, id quod à barbito foribus, circulatoribus, Chirurgis, & nebulonibus indies efficitur, à Medicis benè natis, & nominatissimis fastitatur. Audias nūc, obsecro non magis absurdū & abominabile conspicitur, quod ab Hipp. cōmedatur lib. 6. epide, se. 5. tex. 18. quod Medici aurū sordes degustēt, & si dulces sunt, lethale esse morbū significant, & amarę non (Auicen. idē sen. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 36.) & Galenus in cōmento ait, sordem aurum gustare sustinuit, ut nullus ignoraretur morbus. Et Auicenna inter Arabes Princeps lib. 2. cap. 20. gustare iubet sudores, etsi praui, maleque olentes sint: & tradidit etiam Tiraquellus de nobilitate Medicorum, ex Aristotele, semen esse degustandum, an falsum sit, vel non: & nos deiectiones & vrinas passim, & si male sint olentes, & foetidæ conspicimus. Nonne etiam, attēde, micat Galeni dogma? Ex Galeno 7. methodū cap. 4. ibi ait: Qui Veneti, & Präfini studio tennentur, equorum stercora odorantur, ut quic admodum alimētum concoixerunt, bonam habitudinem cognoscant: multò magis pro hominum salute conferentissimum est videre. Et vt non Medici plurimū gloriantur, ars Medica nonne seruiliis est? vt probat Seneca lib. 3. de beneficijs, cùm ait: Domitianus Imperator

mandauit Medico suo, & seruo, vt sibi venenū daret. Cuius historię meminit Suetonius in Nerone. Refert quoque Plutarchus in Cæsare, & apud Hebræos Genesis 50. cap. vltinio legitur, quod Ioseph filius Jacob præcepit seruis suis Medicis, vt aromatibus condirent patrem. Et iterum rogo, & exquiero, nonne vilius, fœdius, & imprudentius, quod de Medicis protulit fatuus ille Philosophus Aristophanes? quid quæsosiste parum, audi, & patientem accommoda aurem, papæ. Tandem vt uno verbo omnia complectar, non est multūm stupēda res, neque admiranda, quam nos sumus facti & aggressi, si quidem ab incepto opere desistere poteram, artificiique delinquere iurationem, ob quā causam non eram puniendus poena aliqua insigni. Et probatur ex Ecclesiastes 29. vbi dicit: Recuperā proximum tuum ad virtutem, & attende tibi, ne incidas. Dicitur & ex Seneca: Succurrā alteri, sed ne ipse peream. Item: Qui in ciuitate sunt, pestilentia & fame deuorabuntur, salubruntur qui fugerint. Rursus: Popule mihi, intra in cubicula tua, & absconde te modicūm, donec transeat indignatio mea. Præterea patet, me posse arripere fugam ex scriptis Ioannis Costei in vita Galeni, qui concinnè affirmauit in vita eiusdem: Cum pestis Romā oppimeret, atque

De canter. & pestif. tonsil. ulcer.

inuaderet, in patriā Galen. fugit, quo fit vt mihi culpa non sit imputanda, siquidem plurima Medicorum turba, qui prudenter magnos in arte Medica progressus fecere, tam senes, quā iuuenes morbis contagiosis & pestilētibus noctu diuque assistunt, & charitate, rationēq; cōmoti alacri & sincero animo in domo egrotantis requiescūt, cuius farinæ fuere Hipp. & Gal. absq; noxa tamen. Deniq; et si suprà ioco se aliqua dictata sunt de Medica arte, nihilo setius autem nō indicere, neq; extra rationē, administravit quis, qui in arte Apollinea est versatus, & suo lacte nutritus, si quā p̄eclara & honorifica sit Medicina, tā ignaris, quā splēdidis demōstremus. Liquet igitur ijs perspectis & cōsideratis, quōd Eusebius Pōtifex fuit & ex classe Medicorū, & à patre Medico genitus, Pāthaleō Nicomedēsis, Nicolaus V. Pōtifex in arte Medicus fuit, & Ioānes XXII. qui primū vocabatur Petrus Hispanus, & thesaurū pauperū scripsit, & Paulus Pōtifex II. qui egrotates curabat, & ipse met medicamēta adhibebat. Itaq; de istis omnibus, & de alijs plurimis exactè disseruit, & sermonē fecit Tiraquel. lib. 31. de nobil. Medicor. c. 31. fuit etiā Medicus de Furno Cardinalis, & in quāto pretio & honore Medicina fuit reputata, aduerte, qui Medici Sācti palmā obtinuerūt,

&

& didicerūt. Elifens, qui duplē prophetiā habuisse dicūt, precib. incolarū in Hierico aquas pessimas arte Medica sanauit. Ex 4. Reg. c 20. Isaias Ezechiam morbo laborantē arte Medica curauit, ibi ait Hier. Nō est aspernāda Medicina, nā vſu conſtat, & hāc fecit Dñs. Et Tertull. lib. de corona militū, memini me Isaiā Ezechię aliquid laudatę Medicinę adhibuitę, & Serapio in antid. Isaię pilulas cōponit: & Paul. epist. 1.c. 5. ad Tim. Noli aquā bibere, sed modico vi- no vtere, propter infirmitatę: & notat Tertull. lib. de corona militū, Isidorus lib. 4. etymolo- giarū, cap. 9. & à Nicolo est potio sancti Pauli, & Gal. lib. de comp. phar. lo. 5. Paulinam com- positionē facit, & Aetius tetr. 2. f. 4. cap. 65. Ad hāc trahere in memoriam expeditissimum est, sanctos Medicos, vt Cosmam, Damianum, Lu- cam, Vrsinum, Panthaleonem, diuum Ambro- sum, Basiliū. Qui alios Medicos, qui Sancto- rum vestigia sunt ſectati, perlegere voluerit, enoluat librum de floribus Sanctorum Ville- gas, in quo prudenter de illis disputatur. Præ- tereā, vt quanta sit authoritas Medicinæ clā- riſſimè videatur, Imperatores ei insudarunt, vtpote Augustus Cæſar (vt notat Vale. libro de re Medica, cap. 18.) ſcripsit cōpositionem Me- dicā, qua omnes sanabat, & ea vtebatur Tibes-

Decauater. & pestif. tonsil. ulcer.

rius Cæsar in tempore quo pestilentia inuadebat, ut notat Galenus s. de compos. pharm. lo. cap. 12. ad Herpetes. Neronem citat Paulus Aegineta lib. 7. cap. 17. &c Plinius Vale. lib. rei Medicæ cap. 29. sed Adranus in medendi scientia alijs plurimis fuit antepositus: testis est Aurelius Victor, Titus Cæsar, vt tradit Galenus lib. de compos. pharm. loc. io. cap. 3. ante finem, Constantinus, & Iustinus. De cætero non est omittenda sylua Medicorum, aliaque inter Reges nominatissima extitit, vt Alexander Macedo, Ezechiel Rex. Ut iā de his finem imponam, sciendum est, Medicinam cæteris artibus esse laudabiliorem, vt ex Hippocrate dictum est, & à me in epistola ad lectorem, probatū etiā alibi.

T H E O R E M A X X X V I .

Satis pulchrum & elegans, an vesicatoria, seu rubicæta emplastra, vel vnguēta pro bube, aut vulcere fauicum maligno & perfido in scapulis iuxta humerū rectè applicetur.

Mhi semper à teneris vnguiculis cōpertum fuit, non ita facilè de rebus dubijs statuere, ne id arrogantiæ potius quam doctrinæ ascribatur, quamobrem accusandi & taxandi à me sunt, qui illicet de incertis sententiā

tiam suam proferunt, quo sit ut apprehendere non valeo, quibus ille fulcitus rationibus, aut authorum testimonij, letos & vberes Medicinae campos sentibus, & echinatis captionibus implevit, dum nouam, ut dixi, componens de morbo suffocatio diffinitionem, loquutus (the. 3.) est, affirmat etiam, quod nec ferro canden-
ti, neque potentialibus vtendum, neque in prin-
cipio rubicantia sunt ponenda, & plurā alia cō-
numerat, quae peritus lector oculatissimè vi-
dere poterit, & quantitatē non bene recitat, itē
neque in qua ætate: omnis certè scriptura à
sapientissimis Medicis in pondere & mensura
constituta est, à summis usque ad ima: nā pon-
dere, quippe & mensura cuncta reguntur, sicut
& creata sunt. Præterea ex quibus simplicibus
vesicatoria vera construi debeant, tacuit. Ego
autem dilucidioris doctrinæ gratia de prædi-
ctis, de quibus Apocryphus non dissertauit, stu-
diosis amantissimis meis fodalibus genuham,
veram & integrā curationem declarabo, ut
deinceps eis non detur occasio aberrandi. In pri-
mis ergo quę ab eximio Doctore Villareal sunt
exarata, disputabo.

Protulit ergo Doctor Villareal Compluten-
sis lib. de morbo suffocatio 2. cap. 4. esse in hoc
affetu præclarum & opiferum præsidium, si in
sca-

Decanter. & pestif. tonsil. ulcer.

scapulis circa humerū hoc vesicatorium coaptetur, cuius ipsissima verba, quæ sequuntur sunt.

Vesicatorium.

REcipe fermenti acris vnc.ij. sem. puluerum cātharidum drach.3. ammeos. drach.ij. accuti parum, fiat cataplasma.

Subdit postmodum Cātharides faciunt ampullas cum paucō dolore, & quia solent mouere sanguinem per vrinā, misceo ammeos (isto caremus semine) posito circa humerum emplastro per vndecim, vel duodecim horas, postquam ampullas excitauit, disrumpo, & pone folium brasice butyro vaccarum inunctum (nullus est author bonorum, qui non butyrum solum ponat, & absolutē dictum intelligat esse vaccarum, superfluit ergo vox illa vaccarum) aufert dolorem, & efficit, ut non claudaturculus. Hactenus Doctor Villareal.

Cæterū quamuis in inclyta & vetustissima Academia Complutensi suo lacte sit nutritus, non grauabor in propatulo reddere in curatione cæcutisse, quartaque luna esse natum, siquidem cantharides, cūm calidissimæ sint, & in quarto grādu, potentissimam obtineant exacerandi vim, ita vt carnem, cutimque adurant, & pu-

& pustulent, sitim ingentem, intolerabilesque dolores excitent, atque symptomata gravia moueant, affirmet Villareal, ampullas efficiunt cantharides cum paucō dolore. Verumtamen eius, & aliorum temerariam audaciam, & insaniam, reliftis eorum iudicijs, & controuersijs, paucis multa comprehendemus, & enucleabimus, & ex Græcorum monumentis, & Arabum deducemus germanam, & perfectam doctrinam. Refert Anazarbeus Dioscorides, libro 6. cap. 21. quod quibus datæ sunt cantharides, signa eueniunt grauissima ab ore usque ad vesicam, cuncta erodi sentiunt. (alia ex eodem capite, quæ maximè sunt necessaria infrà dicemus) Hanc etiam nobilitat sententiam Aretheus Cappadox in libro 1. capit. 4. & ait: Valenter est autem, frictioque fit per cantharides, sed tribus diebus anteā lac sumat, ut vesica muniatur: cantharides enim vesicam magnopere lœdunt. Huius farinæ est Oribasius, qui libro collectan. 14. capite 54. ex Zopyri testimonio inter adurentia vehementia ponit. Huius præterea suffragij est Aetius tetra. 1. ser. 2. cap. 134. vbi ait: Missentur cantharides alijs erodenibus compositionibus, & excoriationibus leprosis. Omitto nunc alios non infirmæ sortis Medicos

Q Græ-

Grecos, qui satis Atticè cantharidum effrenatam malignitatem explicant, & earum correctionem assignant. Percurrant nunc Arabum decreta, qui cādide de hoc animali differunt, Auicenna libro 2. tract. 2. cap. 206 cantharides adustionis mordificatiæ sunt: huic constipulatur Alz̄arabius, & Serapio fidelissimus Diosc. Interpres: Si sic cantharides intrò sumantur, parant malum, possibile est accidere ex appositione illarum extra corpus tintinnat sanguinis ex ardore in vesica, &c ait: Et ego iam vidi, & quòd prædicta accidentia acerrima cōmœuant, si extrinsecus apponantur, manifestum est ex Lanfranco maiori tract. 5. de medicinis corrosiis, vbi sic alloquitur: Aliquādo cantharidum appositionem, etiam si in capite apponantur, tanta acuta materia percurrit ad vesicam, quòd vrina cum ardore magno denegatur. Ecce vbi aperiè decipitur Villareal, qui assueranter tenet, quòd cātharides paucimodo lorem incitant: sed quòd admiratione est dignum, vt consideres eorum perniciem, est, quod astruit Fragofus in antidotario (acepit à Dottore Pasquali) quidam Chirurgus Milanensis, cùm secum portaret cantharides, bis per vrinam sanguinem excreuit. Sed quomodo liberes se habeat, cātharides venenolæ sunt: quare iubit

Subit mihi in mentem venire, quā Pallade Villareal instruſtus pronūtiarit, dolorem non cſſicere, niſi rei obſcuræ maiores tenebras, vt ſollet, affundere ſtuduerit, qui etiam abſque cor- reſtione eis propinat, & ponit. Satis tamē cer- to Icio, quōd ſi accuratissimè perlegiſlet Pliniū lib. 19. cap. 4. earū malignitatē caſtigaret, nec- non ſi Galenom lib. ſimplicium medi. fa. vidif- fet, quos ſe tatur Oribas. libris ſuprà citatis: & qui Medici egregij, & benē morigerati eſt, reddere vnicuique quod ſuum eſt, proferam hi- ſtoriam, quam ipſi extraxerunt ex ſolertissimo Dioscor. ex lib. 2. cap. 54. circa præparationem cantharidum. Consulit ergo Ahazirbeus, quōd ē frumentis congeſtæ ſint, ad recondendum cā- tha. utileſque tunc erunt, quæ ſicili vase nō pi- cato coniduntur, & raro mundoque lintheo, ob- ligato ore, & deorsum conuerto ſuſpenduntur ſuper aceti quām acerrimi feruentis haliti, do- nec æſtu examinentur: poſte à lino transfixæ re- ponuntur. Luce nunc meridiana clariū liquet apud ampliſſimos & grauifſſimos authores, quōd cantharides præparationem poſtulant, ſi prouide & recte ipſas administrare velis. Et quōd perperam aliter fiat, exaudi Mefuem in principio cāno. ubi ait: Non ſolum ſimplicia effrenata & maligna præparanda & caſtiganda

Q 2 ſunt,

Decanter. & pestif. tonsil. ulcer.

sunt, verum & etiam clementia & benigna; abolitur malitia scammonij in cytonio, si decoquatur (melius dicetur elixatio, quia in humido) etiam cum oleo rosaceo, veratri retundit malitia in raphani radice, si decoquatur, rabarbarum cum spica, agaricus cum zinzibre, & multa alia recenset Mesues. Galenus præterea libro de medicamentorum expurga, ait, purgantia in stomacho negotium non facessant, cum odoratis permiscet. Item Hippocrates libro de ratione victus in morbis acutis, Serapio libro de simplicibus, potentem & malitiosam colocynth. vim corrigit cum amylo, & tragacantho. Ad hæc, vt hæc res, quæ ut magni est mométi, ita prorsus difficilis existit, facilior & dignior euadat, ad cantharidum integrum (intuere quæ suprà) præparationem sermo noster conuertatur, vt explicatio perfecta sit, siquidem sunt, qui firmiter contestentur, quod præparatio & cantharidum correctio illa est, quæ absque alijs capite & pedibus fit: verumtamen altè dormiunt, propterea quod et si Hippocrates dicat, libro de ratione victus in morbis acutis 4. t. 124. poculum hydropi cantha. 3. abiectis, tum capite, alis & pedibus aquæ dantur: & libro de natura mulierum, non longè à principio: Canthrides quatuor bibat, pe-

dis

dibus, alis, & capite abiectis: & folio sequenti cā-tharides quinque, pedibus, ac alis, & capite ab-iectis, deinde tribulo ad mare nascentes bibat: & iterum refert lib. de internis affectionibus in Regi. narratione ita eius verba leguntur: Exhi-bitō cātharides sine alis & pedibus, & quatuor sumat tritas, & in vini albi heminas dilutas; his omnibus reclamat Gal. & tāquam naturae ma-ximus indagator, & diligētissimus opponitur, qui testatur lib. smp. medic. fa. & in cōment. de ratione victus in mor. acut. qui cā pedes, alas, & caput auferūt; nos tamē integras ponimus Re-líquum est, vos iterum commonefacere, vt ab hoc animali truculento & maligno, veluti à Syrenarum cantu fugiatis, & ne in eius exhibitiōne sitis audaces, neque integras, neque secundūm partes concedatis. Cognouistiſ ſa-nè, quām venenoſo & pernicioſo humore ſca-turiant: docta quippe eſt doſtrina, quam reci-tat Antonius Brasabolus, quōd quidam, cui da-tum fuerat pharmacum paratum in mortario vbi anteā cantharides pīstatæ fuerant, to-tus excoriatus à fauibus vsque ad anum eu-a-fit.

Credendum porrò nunc magis eſt, quōd in-dies à iunioribus benigniora & ſalubrio-ra pharmaca experiuntur, & inueniuntur,

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

In quibus ad rubificandum nulla, aut pumilla effrenata vis vigeret: quapropter interim eligitur vestra emplastra, & pastas ex cantharidibus, aut ex alijs ad vesicādum. Nobis tamen magis perplacent prædicta & cauteria mortua, id est, quasi ignita: potentialia etiam, si ægrotantes nobis assentiatur, sin minus cucurbitulas cum scarifica. innumeraq; alia præsidia, ut videbis, à tenerim is pueris exordiemur, siquidem de re pentē morbo suffocatiuo cruciantur, & infanter etiam pueros inuadit.

Frica cum pollice infantorum carpum, ubi ramus venæ cephalicæ adest, & suprà coaptabis emplastrum, aut vnguentum, quod in sequenti loco ponitur, ea arte, ut significabitur, quæ nanciscuntur facultatem attrahendi succos venenosos, qui in cerebro latent, & in fauibus, & tonsillis sedem retinent, & non permittunt, ut ægrotantes suffocentur.

*Pro infantilis vnguentum hoc modo
conficiatur.*

Quisint, theorem. §. de satia. conspice.

REcipe seminum nasturtij, erucæ, apij ana: scrup. j. decoquito in acerrimo aceto, & post-

postmodum pista cum lapi. bezahar. gran. iij.
theriaces Andromachi senio. & recentis scrup.
sem. euphorbij vitri cōbusti & præparati, nitri,
cuiusl bet grana iiij. butyri vnc. j. sem. concin-
nentur omnia, & vt ars docet, fiat vnguentum.

Recipe prædicti vnguenti, & extende super
folium brasice scrup. sem. & copta in carpo
manus dextræ, tantundem in sinistra, & ibi re-
maneat per spatum quatuordecim horarum,
vt venticulae eleuentur, quod si non, iterum apt-
pones, & vesicas tescindes, vt ichor effluat ve-
nenosus, apertū sit, donec eger à morbo releue-
tur, curatur cum vnguento basiliconis ; in mu-
lieribus tamen, & in his, qui vitam sedētariam
agunt, & in eunuchis, addes prædictis pulueri-
bus argēti sublimati gra. vij. butyri vnc. j. misce
& in carpo pones per duas horas vnc. sem. In
rūsticis & nautis, si reliqui contagiosæ ulceri-
bus oris remanserūt post cauterizationem, etsi
lauata fuere, perfectè facies, si fonticulam in
brachio parabis vnā, melius sic euacuatur ma-
teria illa contagiosa : sic non cōtinget quod su-
prā, ex auctoritate Aetij de quadam puella scri-
ptum est.

Præstat nunc, opinor, transire, faberrimeque
exponere, quæ de rubificantibus, vel vesicanti-
bus Apocryphus suprà tradidit, & an perfecta

&

D: cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

& congrua eius sit medela extricare , quamuis à Galeno candidè sit commendatum libro 2. de diebus decretorijs in fine, quod in ambiguis & obscuris loquutionibus certum iudicium querere non oportet : in talibus namque explicatis, diuina ratione potius quam sapientia opus est. Præterea sensit Galenus 6. de Medica trina in lib. 1. Hippocrat. nihilominus tamen multa ratione & fidissimo experimento comprobata præsidia , quibus tutò uti possint ægrotantes, scribam theoremate 3.supra, Apocriphum cespitosse, siquidem unum & idem medicamentum omnibus etatibus conuenire dicit, quod in scapulis iuxta humerum apponit ; tamen rectè ei refragatur Hippocrates lib. 6. vbi ait: Aetas una ab altera ad rectè medendum discriminari. Hanc deinde sententiam nobilitavit Galenus lib. 3. method. cap. 7. existimare unam & eandē curationem esse, extremæ est demētia: Et iterū lib. 9. cap. 16. uno calopodio omnes calciare, absurdum est. Rursus cespitosse cognosco , si quidem cum materia , ex qua bubo fit , arida, feraens & venenosa sit , ut ipse asserit, oleo Mattholi Senensis inunxit. Contrarium tamen docuit author lib. 2. in Dioscor. cap. de scorpionibus, & lib. 6. in Diosc. ait. Cordi si applicetur, & pulsantibus temporum, & manuum arterijs : & talis

Nec non de chiro. Et ignius fauc. 65

tal is, ab omnibus liberat venenis, dummodo erodenti veneno vacet: iure igitur ab oleo Matthioli abstinentia est, in ulceribus etiam malignis fauciū, & in applicatione cordis. De cætero autem, ut una etas ab altera eleganter distinguatur exarabo pastas sigillatim, tā pro rusticis, nautis, pescatoribus, quā pro eunuchis, fœminis, & pro ijs, qui sedentariam vitam agunt, idque maiori cum utilitate & integritate, quam hic supponendam duxi.

Pro rusticis pescatoribus, & nautis, hæc generosa commendatur pasta.

Recipe fermenti acris vnc. j. butyri tantumdem puluerū semin. erucæ, nasturtij, cuiuslibet scrup. j. vitri combusti, argenti sublimati, chalcitidis vstæ & lotæ singul. gran. v. euphorbi, gran. viij. Theriaces Andr. Senioris scrup. j. recetis. Aceti acerrimi parum cū vnc. j. farin. hordeac. cōmixtis omnibus pasta fiat: nūc alia subiungam.

Plurimum nūc confert explanare, quæ quantitas cataplasmatum sit scapulis adiungenda, tametsi à Galeno dictum sit, lib. 3. methodo. cap. 3. quod neque dici, neque scribi, neque omnino percipi potest id quantitas in unoquaque est, sed cū ipse testetur in principio lib.

R

de

Decauter. Et pestif. tonsi. ulcer.

de compositione per gen. & 2. de tuenda sanita.
quod per experientiam venari potest quanti-
tas, & eam sim quadraginta ab hinc annis ade-
ptus, sigillatim exarabo, quomodo in scapulis
circa humerum, ut vos voltis, sint emplastra ap-
ponenda: pones igitur prædictæ pastæ in scapu-
lis iuxta humerum drag. iiiij. sem. persistat per
duodecim horas, idem administrabis in altera par-
te, quæ postmodum vesicas efficiet, & si non
fueris assèquutus, iterum appones, & vesicæ ele-
uabuntur, rescinde eas, deinde supra foliū bras-
sicæ butyro inunctum superpones, ut dolor se-
detur, & inflammatio attemperetur, apertum
seruetur, & postea vnguentum basil. parum & in
lintheo extensem, ut vlcus cicatrizetur, idemque
paulatim, vide Aet. lib. 5. S. 3. ca. 15. Fra. fo. 55.
applica donec ægrotans à morbo liberetur.

*Pretiosius hoc est cataplasm pro agricolis,
piscatoribus, & nautis.*

REcipe scyllæ, capitum allij, radicis asphode-
li, rutæ, singulo. vnc. j. decoquito in a-
cerrimo aceto, pistentur, & postea adiçito vi-
tri combusti & loti, chalcitidis vstæ & lotæ
singu. escrup. j. sem. euphorbi, gran. viij. Opij
Thebaici gran. j. cum farina hordeacea, & paru-
buty-

butyri, fiat cataplasma, & hoc emplastrum ad magnitudinem argenti magni, & paulò plus ponatur, & in reliquis obserua methodum præscriptam, mirifica est hæc compositio, de opio & allijs lege Theor. 26.

Vigilanter nunc considerabis, quod de brassi cæ folijs deductum est, ex Hieronymo Mercuriali lib. de febre maligna, à quo loco multa trā stulit Villareal, tamen ille suscepit ex Ioanne de Guido tra. 7. doct. 1. cap. 6. & tempus quod in scapulis remorari debent, prædixerat Aetius tetra l. fer. 3. cap. 184. qui ibi in causticis horas obseruat, & apposite præscribit. Restat nunc vobis tradere, & certiores facere de emplastro quodam generoso, & solemnī pro eunuchis, otiosis, fœminis, & pueris, siquidem ut probatum est, mollioris & tenuioris carnis sunt, ut recitat Galen. 3. metho. cap. 7.

Recipe fermenti acris & butyri utriusque vnc. sem. puluerum nasturtij, pipe longi. cuiuslibet scrup. sem. lapidis beza. & vnicornij singular. gran. ij. euphorbij chalciti. vñtæ & lotæ, na scrup. sem. theria. Andr. Senio. antiquæ scrup. j. farinæ hordeac. drag. iij. aceti. vnc. j. vñiantur omnia, & cuilibet scapulæ adiunge prædicti emplaf. vnc. sem. extende super folium brasic. & vt dictum est, fac. Et vt institutæ ope-

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

Iulæ nihil desit, quia medicus est, qui viam cura-
tionis (ut notat Galen. lib. 6. method. cap. 2.) eo-
usque percalluit, ut ipsum consequi destinatū
finem queat, quem distinter & digniter per ex-
perientiam nanciscitur, pro utilique habetur,
ut pater ex Galen. lib. 6. sanitatis tuendæ circa
finem, exarabo meam satis pretiosam experien-
tiam pro abigendis & profligandis ulceribus
tonsilla. & faucium, ne in me vituperium reci-
dat, quod Ioannes Sambucus pag. 206. conscri-
psit aduersus eos qui pandere secreta sua recu-
fiant, sic alloquitur.

Quid doctrina prodest, nisi publica scripta supersineat?

Gesta ducum reticet, si bona posteritas,

Aurum dum latitat, nihil venis atque caueris

Profuerit fuluo, ni effodiat opes.

Sic virtus celata parum commendat honorem,

Nec magis ac mensa tecta lucerna micat,

Ingenio præstant raris virtutibus auctus,

Proferat in lucem pignora, clarus erit.

Vnum crede mihi, quòd certum & rectum est
me quamplurimos ægrotantes, qui morbo suf-
focatiuo vexabantur, in pristinum & antiquum
nitorem reduxisse, hoc meo maximè experto
vnguento. Sumito verme (qui eo tempore, quo
meissores placidam falcem in hordeum mittunt,
per terram serpit, parvique capit is est, & oblo-

gus

gus, cuius color niger est, vestitur maculis colo-
ratis, quemadmodum ut Cammarus pisces cō-
chis ornatur, nostro vernaculo sermone Alcubil-
lo nuncupatur, vel Fraile, cuius mentionem fe-
cit Hidalgo Aguero in antidotario) postquam
tamen venatus fueris, intromittes in ampullā
vitream vntiam vnam & semi. olei scorpionū
tres vntiae superimpones, manda æstiuo tempo-
re soli per vndecim dies, post quod tempus per-
cole ut cleum, deinde addes lapidis bezahar.
gran. iiiij. vitri combusti præp. & loti, & chalci-
ti. vstæ & lotæ vtriusque drag. sem. & cum ce-
ra alba, ut ars docet, vniatur vnguentum, huius
accipe drag. iiiij. & sem. inunges vnam scapu-
lam, deinde alteram ad magnitudinem argen-
ti magni, aut paulò plus, & vt prædictum est,
agito.

Præmeditandum tamen est, quod in apposi-
tione huius vnguenti, aut emplastri, vel causti-
corum, quod partes vbi aptantur, aqua calida
madefiat, & à pilis denudentur, postmodum lo-
cus fricitur lintheo, quoisque pars rubicunda
appareat, hoc celebri ordine aptius, citius, & al-
tius penetrat, commodius item operatur. Su-
perest iam tandem meis amantissimis iuniori-
bus medicis patefacere, quomodo vitrum cō-
barendum sit, parum, mhercule, & non bene

eno-

Décauter. & pestif. tonsil. ulcer.

enodatum, neque perfectum, à veteribus & re-
cētioribus de eius combustione, & preparatio-
ne conscriptum iacet, & circumfertur.

Summis profectò encomijs & laudibus ex-
tollenda est doctrina argutuli & sagacis Auen-
zoaris, qui inter omnes Arabes satis prudenter
lib.2.trac.1.cap.4.de combustionē vitri in hæc
prorumpit verba cap. de lapi. in vesica, & reni
bus: Accipe vitrum, & inunge cum alchitram
subtili, & pone eum in igne, donec rubrū fiat,
& postea cum tenaculis accipias eum, & extin-
gue in aqua, & ablue eum ibi, & iterum inunge
eum cum alchitram, & repone in igne, & ablue
eum postea in aqua, & sic septies facies, & erit
combustum. Attamē non est omittēdum, quid
sit alchitram explanare, nam adeo nomen per-
plexum & intricatum in ora vulgi abit, ut
vix reperies celebrem aliquem authorem, qui
exponere possit, & integrum & apertam noti-
tiā exhibere. Ioannes de Guido Cauliacensis
lib.6. doctrina prima de regimine custodi.cor-
porum mortuorū, ex Rhasis testimonio, picem
esse nigram memoriae prodidit, si qui pruden-
tiores & solertiores extiterint, qui hunc nodū
exoluant, gratia proculdubio eis est habenda, si
quidem magnam curam impenderunt in expli-
candis medicinæ obstrusis locis.

Non

Non mirum videri alicui debet, nos de omnibus diffusius disputasse, nam quæstiones tractandæ sunt, præsertim illorum hominum, quorum auctoritas eximia est, ut eorum moribus repudiatis, posteris confirmare nos valeamus, non omnia, quæ ab antiquis recepimus, temere recepisse, & reperiisse: finaliter nulla res est, in qua etsi nimis cognita & certa sit, nō videatur variæ & diuersæ opiniones: nos verissimè intellege, & crede, partem medicam à sophistica corruptione fœdatam, sanam & perfectam (si me animus non fallit, vt valimus, argumentis pluribus abolitis & dimissis) fecimus, quæ si aliquibus complacuisse cognouero, necnō etiam intellectuero, præstantiora in dies exarare, vobisq; commendare, syncero benignoqué animo conabor, vt alij huius æmuli ad alia longè magis altiora & nobiliora trutinanda, me pereunte incitetur, & inuitentur: conuulsimus, & suggillauimus alias de morbo suffocatiuo non exactè enodatas propositiones, nam qui amariusculis disputationibus dissertant, quantumuis in magno sint pretio, obesse teneris ingeniolis multum maximè possunt. Posthac intelligant famatissimi medici, velim, nos non disputandi causa controuersasse cum ijs, qui de morbo suffocatiuo ex vlcere dixerunt, sed veritatis indagande

De cauter. & pestif. tonsil. ulcer.

gāndæ studio, quam vt cognouistis, omnes pij
clarissimique medici sectantur, & eam magni
fecit Plato lib. de Repub. ibi ait: Magnificen-
da veritas est, & lib. de legibus 34. Veritas pro-
fectò, tum Dijs, tum hominibus, dux omnium
bonorum est, cuius qui fœlix beatusque futu-
rus est, statim ab initio particeps esse debet, vt
in veritate plurimum tempus vitam agat, & ne
verbositatis accusemur, ad secundam no-

stræ polyanthèx partem ac-
cedamus.

(?.)



SECVNDA NO⁶⁹

STRAE POLYANTHEÆ PARS.
DE CAVTERIIS ACTVALIBVS
iterum disputat, etiam de fonticulis, spheru-
lis, & setonibus, vbi in pestiferis & igniuo-
mis tonsillarum, & oris ulceribus, in
vertiginosis & epilepticis, spe-
ciose adaptari possint.

Amplissimo & integerrimo Iurisconsulto
Gaspari de Prado, Alphonsus Gometius
Areualus medicus, salutem plus
rimam dicit.

 RISTOTELES, qui trium-
phum, scientiam & prudentiam
inter omnes Philosophos pris-
cos, & recentes adeptus fuit, pri-
mo polyticorum statum præter-
misit (vir qui ingenio, iudicio,
virtute, humanitate, cū literatissimis Aduoca-
tis plurimum vales) qui Timō Atheniēsis insul-
se, turpiter & nimis procaciter vitam agebat,
& seftabat, siquidem à confortio & communi-

S tate

tate hominum segregatus erat, vnde pulcheris
mē & satis perdoctē posteritatis memoriæ sta-
tum prætermisit Diuus Augustinus lib. de ami-
citia: ego non tām homines, quām bestias esse
conscripterē, qui sic viuunt, vt nulli consolatio-
ni sint, nulli etiam dolori, honori, nihilque de-
lectationis ex alterius bono concipient, amare
nullum, amari à nullo curantes. Quæ omnia cū
à longe mecum recogitassem, atque accuratis-
simè attenderem, vt in brutorum academia iudicari,
collocarique non possim, animo candi-
do & beneuolo omnibus tām medicinæ profes-
soribus, quām multis alijs associabilem passim
me tradidi, concessi, & representauī, præsertim
autem tibi: quo fit, vt amicabunde, & vigilan-
ter tuam de vertigine affectionem, & de varijs
alijs affectibus considerem, quibus frequentis-
simè cruciaris, meam omnem operam, studia, la-
bores tibi (Iurisconsultorum ornamentum &
decus) polliceor, tām per multam, & egregiam
medicamentorum syluam, quām per fonticu-
las & cauteria, quæ si in te appositi & perdo-
ctē luxurient, strenueque alant, gratulabor mihi,
siquidem vberrimos fructus, & nobiles pro-
crearūt. Accipe igitur has meas lucubrationses,
atque studia, fronte qua soles omnia, nimirum
hilari, & iucunda, vt posthac similes fœturas

audien-

dientior, & maiores de promere possim: nō ero
hic in innumerandis tuis virtutibus prolixior:
nam cūm eximiam modestiam, excellētem hu-
manitatem, singulari magnitudini coniunctā,
& prædicandam integritatem, apud me reuolu-
uo: miror profecto satis, mirantur iuuenes, & se-
nes: quis, obsecro, heroicam corporis constitu-
tionem, quis celebres ingenij tui dotes, quis ani-
mum excelsum, & virtutis tuæ magnitudinem
non rursus admiretur, & explanet? Deus pro
immensa benignitate sua, in longissimam
vitam conseruet, defendatque te in-
columem. Vale.



STUDIOSISSIMO, SYN-
ceroque Lectori sempiternam fœli-
citatem Alphonsus Gometius
de la Parra Medicus
deprecatur.

MVLT A sanè diuersa, & notatu dignissimā,
in opula de cauterijs, & pestiferis tonsilla-
rum & ulceribus malignis ventilata fuere, in
qua gratarter promisimus, nos de cauterijs potentiali-
bus nunc esse tractaturos: sed ne ibis de eadem materia
differeremus, subit mihi in mentem, benignum Lectorē
ad Theor. 25. & 24. immittere, in quibus, qua ad artē
medicam & chirurgicam expeditū reperiet: & nunc
denuò quadam de cauterijs, fonticulis, spherulis & seto-
nibus addimus, siquidem omnibus candidam & salu-
berrimam promittunt salutem: præsertim, ubi alia
præsidia infrugifera, vana & inutilia sunt, erit igitur
noster sermo in primis de fonticulis, de quibus exactam
& integrā de eis apud veteres, neque apud recentes
non inuenies scripturam, ut libro institutionum conte-
statur Ludo. Merc. nisi ut ipse tenet, sub nomine fistu-
lae sint fonticule recommendatae: quam tradidi senten-
tiam Hippoc lib. de morbis popula. ubi aut: Fistulae alio
rum morborum cura: tamen quomodo libet res se ha-
beat, usque adhuc propter incuriam medicorum & chi-
rurgo-

rurgorum usus fonticularum tenebrosus, & incertus
euasi sed cum noua ingenia in dies pullulent, qua om-
ni hora & tempore aliorum mentes illustrant, non mi-
rum est, si doctrinam excellentiorem, & digniore nunc
adipiscamur, qua uti tutissime poteris, pro dissipan-
dis & debel' andis multis varijsq; affectibus par for-
miterque ulceribus malignis faucium, & tonsillarum,
qua originantur ex affluxu succorum à cerebro & pe-
stiferam suffocationem inducunt.

THEOREMA I.

*Quid sit fonticula, & in qua parte in doctissi-
mo Prado fieri debeant.*

Quantum meis lucubrationibus & stu-
dijs nancisci possum, fonticula nihil
aliud est, nisi vlcus in carne per caute-
ria actualia, aut potentialia confectum, ex qua
tamen materia opelula de pestif. tonsil. vller.
Theor. 24. leges. Supereft nunc vigilanter inda-
gare, in qua parte in vertiginosis & epilepticis
aperiatur, & setones adaptentur: nam quidam
(proh Dij immortales!) medici cōsumatissimæ
lectionis, & qui sub Aesculapij cœtu prudentis
simi sunt facti, conspiranter affirmat, quod fon-
ticulæ sunt administrandæ invertigine, præcla-

De cauterijs actualibus iterum.

riſſimi Iurisconsulti in brachis. Sed iſti boni vi-
ri, quidam habent peculiare, quo ab alijs diffe-
rāt, vt ſoli ſapere videātur, & vt ſuam in fuso
vellent cenzuram, vbi experientia & ratio ad-
uersatur, ad authoritates Hippocra. & Gal. con-
currunt pro ſuis cōfirmandis assertionibus, ſat
aſtutē at parum aptē adducere ſolēt; nam addu-
ctæ nihil faciunt, nec profunt, quibus ita perti-
naciter ſubſcribunt, & adhærent, vt nec toto
Anticiræ veratro expurgari queant: tamē nos,
qui nōdum medicinæ limina ſalutauimus, mul-
tis modis refragamur, ars quippè medica cum
difficile retineat iudicium, (vt liquet ex Hip-
poc.lib.1. Aphor.) nodosaque ſit, & argumenta
varia proponat, omnibus cōceſſum eſt, dogma-
ta grauiſſimorum virorum aliter, atque aliter
interpretare, & augere. Sed quæ diximus, mira
non ſunt, ſi vera eſt Hippoc. ſententia, qui lib.
epiſtolar.in epiftola, quæ ſcripsit ad Democ. ſic
teſtatur, & fideliter commendat: O Democrite,
nunquam ad medicinæ finem perueni, etiam ſi
ſenex ſum, neque ipſius inuentor Apollo: nam
à multis à ſe diſſentit, & recantauit palinodiā.
Ex dictis apertè colligitur, non immerito Ga-
len. carpere Thessalum lib. de ſextis, qui affir-
mabat, medicinam neque longam, neque diſſi-
cilem eſſe artem, ſed quæ ſex mensibus, vel ce-
leriter

Despherulis, setonibus & fonticulis. 72
leriter addisci possit. Contrarium liquet ex cō-
trouersijs, quæ passim occurrunt. Sed ut ad pen-
sum cōuertatur oratio, scire expedit, quod nos
cauteria in vertigine lūris consulti, quæ per con-
sensum fiūt, & in omnibus ægrotatibus, qui eā-
dem semitam currunt, quod cauteria scintillā-
tia, aut potentialia sub genu ponimus, & fonti-
culas aperimus, quibus strenuè auxiliāmūr il-
lis, qui vertigine per consensum extorquentur,
ut Theor. 3. aptius declarat, & perfectius nota-
tur.

THEOREMA II.

*In quo probatur, quod hæmorrhoidibus, poda-
gra, vertagine noster ægrotus corripitur, &
sic sub genu cauteria ponuntur: nam
per consensum cerebrum
patitur.*

ET ut huius veritatis signum elucescat,
excogitandum est, quod non minùs do-
ctèquam eleganter Actuarius lib. 6. cap.
8. testatum prætermisit, quod si hæmorrhoidū
quis suppressione vexatur, primū pigritiam,
deinde vertiginē sentient, atque cibi fastidiū, &
viscera attollūt, & si labitur humor ad infer-
na

De cauterijs, actualibus iterum.

na pedum, dolores excitantur, qui si ad cutem feruntur, variae multæque pustulæ oriuntur: huiuscmodi signa in nostro ægrotante conspiciuntur: liquet ergo per consensum cerebrum pati, & ut nobis aptius constipulentur, probat per eūdem Authorem lib. 4. cap. 9. & non te pœnitentiat iterum eum videre lib. 1. cap. 20. eleganter ibi ponit, qui pleniori (vide Theor. i. de faciet. stoma.) quam antea se cibo impleuerunt, & exercitium solitum reliquerunt, vel sanguinem euacuare solebant, hæmorrhoidibus corripiuntur, & ut altius menti adhæreat, Hippoc. lib. prænotionum ait: Qui prauo colore corripiuntur, ijs caput dolet, & hæmorrhoides, aut vertigines patiuntur: cōsimilis opinionis est lib. prænotionum in medio, laborat præterea cæcis hæmorrheum laborare, ut ex Constantino Aphricano liquet in lib. 4. cap. 9. mutatio coloris in citrinitatem, si veterascat angustia in præcordijs, dolor dorſi, grauitas in coxis, & cruribus inflammatio in lateribus attestantur hæmorrhoidas cæcas abundare: ergo cum his signis detetur, bene scriptum est, quod fonticulæ sub genu fieri debent: & ratione probatur, quia qui sursum reptant, humores reuelluntur, atque deorsum attrahuntur, ne vertagine infestatur: quantum in hac re preſtiterint, iudicabunt æqui iudi-

Despheralis, setonibus, & fonticulis. 73
iudices, qui non liuore, aut stupiditate, vel au-
thoritate scriptorum mouentur, sed documen-
ta genuina, atque vera complectuntur, & amāt,
& rationem veluti ut cōtem obseruant.

THEOREMA III.

*In quo multorum Authorum testimonij pro-
batur, quod sub genua cōterijs positis
fonticulae sunt aperiendae.*

Cūm noster Baldus per consensum verti-
gine sit apprehensus, appositiē scriptita-
tum est, quod sub genu ferramētum ig-
nitum apponatur, ea tamen in parte, ut tres di-
giti diſtent à iūcturis, & inter musculos caute-
riorum impressio administrata sit: quo verò pa-
cto dignoscatur, quod vertigine per cōſensum
stomachi & hæmorrhoidum afficiatur, acibè
que vexetur, iam diximus, sed nunc etiam ite-
rum declarabimus ex Galen. libro de locis affe-
ctis 3. cap. 8. vbi ait, quod si quisquam per con-
ſensum stomachi vertigine crucietur, sentit
morium stomachi, atque nauſeam: quam indi-
cationem sectatur AEgineta Paulus: In talibus,
ait, flatuosus in stomacho adest spiritus, & in
appetentia, & à cibo leuamen, quæ omnia sym-

T

ptoma;

Decauterij's actualibus.

promata cùm patiatur noster Philius, manet
alta mente reposum, quòd per consensum ver-
tigine corripitur, quo sit, vt sub genu prouide-
cauteria usurpentur. Huius rei fidem manife-
stam facit protophysicus Ludouicus Mercat-
tus lib. 3. de internis morbis, cap. de verti. hac
celebri verborū serie, quòd si sors tulerit, quòd
ex vteri confortio, licnis, iecoris, aut hæmor-
rhoi. vertigo originetur, accipiat fonticulam
in cruribus, per quam materia euquetur, & at-
trahatur, & natura humores nocuos transmit-
tat, quibus homo angoribus corripitur. Eiusdē
suffragij est benè natus Doctor lib. 1. suarum
institutionum, cap. de fontanelis, ait autem sic:
quòd si totius corporis consensu cerebrum cō-
patiatur magis præstat iuuamentum, quam in
alijs partibus fonticulam sub genu administra-
re, pari pensu benefacit, si ob ventriculi, ieco-
ris, splenis, vteri, hæmorrhoidibus caput affi-
ciatur, cui Andreas de Alcazar subscribit lib.
de morbo Gallico. Idem sensit Fragos. cap. de
cauterijs in Antidotario, & sub genu candens
ferrum imprimit, & inter musculos (vt dixi)
circa iuncturas, tres distare debent digiti. Sed
non est mihi alienum mensuram digitorum ma-
nifestare, vt apprimè candens ferrum applice-
tur (sub genu item & alijs partibus) inquit Ale-

De spherulis setonibus & fonticulis. 74

xus Vanegas lib. de differētijs, digitus quatuor in amplitudine grana hordei sortitur, tres ergo digitū ex duodecim granis hordei condecorantur: quam mensuram decet seruare, vbi sub genu, & in brachijs circa humerum mandantur fonticulæ: & etiam asserit Ioannes de Guido tract. 3. cap. 3. Fiant, inquit, cauteria sub genu ad tres digitos, vbi lacertus à lacerto distinguitur propter purgationem totius corporis, & morborum tibiarum. Huic suffragatur Brunus in sua chirurgia, cap. 18. contra arthriticam & partium superiorum membrorum fiant fonticulæ sub genu ad tres digitos: sensit etiā Rolandus lib. 4. cap. 11. fiat vstura ad remouendū totius corporis humores tribus digitis sub genu. Cæterū qui veritatis sunt amatores, vt omnia in vnum redigam, vnicuique tradere, quod suum est, prudētis medici & chirurgi est. Quapropter à me declarandum se offert, omnes prædicti authores à literatissimo Lanfranco Maiore surripuerunt ex tract. 3. c. 18. vbi tenet: Fiant autem sub genu duo fontes: nam à superioribus partibus multum euquant, si post purgationes adhibeantur, quod nullus eorum patefecit, nisi dixeris, quod tacuerunt tanquam rem certam, & claram: si minùs si corpus multis humoribus prauis scaturiat, cancer in eadē

Decauerij's actualibus.

parte remanet, animaduertas velim humanissime Lector, non præter institutum, & ratione ipsissima verba ab authoribus extraxisse: nam noster Bartolus Prado aliam (proh dolor!) sectatus est censuram, & in brachijs fonticulas parauit. Sed ne in me vituperium incidat, quod Hipp.lib.de deceti ornatu scribit aduersus medicos, & alios, qui nimis licentiose sua vota sequuntur, quod sentio, scribam (ait Hippoc. Observare ergo oportet ægrotorum peccata, per quæ multi semper mentiti sunt, in assumendis ijs, quæ ingerenda sunt: postquam exosas potiones non assumentes, aut pharmacis datis, aut alia curatione adhibita, perempti sunt. Et factum quidem hoc, non ad ipsorum vertitur confessionem, verùm medico culpa imputatur) & firmiter diuulgabo, quod qui talibus affectibus infestantur, & opprimuntur, fonticulæ administrantur, ubi allegatum est: verum ille, ò cœlū, ò terra, alijs pseudomedicis aures dedit, nō quidem optimis: nam, ut constat ex Galen. lib. 1. method non cognouit per sanitatem, neque intelligere studuit, sed illis, quos maximè familiares habebat, qui plurimū adulātur & frigida dabunt, si poscan, & vinum & niuem porrigit; continebitur sanè medicina, & tractatur velut vilissima omnium verna, cum omnium artium sit nobilior.

THEO-

THEOREMA III.

*Declarat quod Iurisconsultus per idiopathiam
cerebri vertigine non laboret.*

VT autem medicam artem, à sophistica corruptione fœdatam, sanam reddam, & à tenebris tutam, & in pristinum statum reducam, non extra rem fuerit ostendere, apertissimeque demonstrare, quām detestandus, & explodendus sit illorum error, qui assueranter contestantur, fonticulas esse aperiendas in nostro ægrotante in brachijs, quæ mera impostura (etsi alibi notauiimus) deprauataque cōsuetudo, ita abolitur: nā si ex primaria cerebri affectione vertigo dependet, tunc specio siū in parte alta capitis, vt iuxta cōmissuram coronalem, aut sub occipitio cauteria imprimeretur, aut, vt quidam tenent, setones, sed cū per consensum stomachi, & hæmorrhoidum vertigo in cerebro collocetur, vt omnibus faciamus satis, expeditissimum erit distinguere, modūque docere, quomodo cognoscatur per efflentiam vertigine non vexari, liquet ex Cælio Aureliano lib. 1. cap. 20. Qui hoc morbo laborant, repentina oculis ingerunt tenebras, &

Decauterij's actualibus.

omnia in gyrum circumferuntur, & etiam dicit Hippocrat. lib. de rat. victus: Grauisque in ipsis adest capitis dolor, ad hæc perpetuus aurium sonitus, & læsio olfactus, gustus, & alterius cuiusque sensus, qui à capite initiū sumūt, vt notanter etiam multa, quæ dicta sunt, ex Galeno lib. 3. de loc. affectis, cap. 6. & ex Paulo de- sumpta videntur, quibus omnibus noster infir- mus caret, et si eum roges, fatetur, quapropter nisi aliquis ferus Scytha, aut ceruicofus fuerit, non desinat in nostram non condescendere sen- tentiam, vt potè quòd cauteria sub genu ada- ptanda, siquidem per consensum vertigine mo- lestatur, vt probatum est, de setonibus diffusius dicetur infra, nunc alia extricanda se offerunt.

THEOREMA V.

*Quæ sit ratio, ob quam, qui per stomachi co-
sternam vertigine infestantur, per cepha-
lica medicamenta purgant, cum re-
clusus per stomachica.*

Non immeritò huius sæculi exa-
ctam huius dubij poscunt interpretatio-
nem, siquidem hoc Theor. principium
retinet ex Hippoc. doctrina lib. de morbis popu-
laribus

Iaribus, vbi celebrem illam historiam cōmemorat de Appelleo Lariseo, qui habebat triginta annos, aut parum deerat, vomebat tamen cū exercitaretur, aliquando bilem rufam, aut nigra n: quem textum doctissimus Vallesius hoc ordine exponit, in hoc viro per consensum stomachi patiebatur cerebrum, quia cū excitatetur, simulque liberaretur à morbo, vomebat bilem, quia stomachus infirmus erat: ijs iactis dubium, quāta potuerimus breuitate & perspicuitate, diluemus: est tamen hoc, quod quare pharmacis cephalicis purgabatur, cū melius per stomatica medicamenta? Dicendum est, quod Appelleus Lariseus morbosum apparatū in cerebro obtinebat, propter vapores, qui singularis diebus, & noctibus à stomacho ad cerebrum consurgebant, sicque cerebrum sanū non erat; præsertim cū iam inueteraretur morbus, & tunc medicamentis à capite attrahentibus cōgruafit euauatio. Obijcies ergo, fonticulae nō sunt omnino timēdæ, neque vituperādæ, quæ sub occipitio, vel in brachijs aperiuntur (& in capite siūt cauteria, vide sup. Theor. 25.) quia quemadmodum per pharmaca, quod contentum in cerebro est, euauatur, nihilominus per fonticulas deriuatur humor, & euauatur. Hæc doctrina falsa, & omni laude digna.

De cæuterijs actualibus.

gna esse apparet, verūm non in nostro ægrotante, cùm nulla aut pumilla morbi sit occasio, quare sub genu rectè ponuntur fonticulæ, per quas promptè euquantur, & reuelluntur succi prauii atque maligni; si autem plurima succorum, colubies in cerebro latitaret, eruditè sub occipitio, aut in parte alta cerebri, vel in brachijs cauteria imprimerentur, dummodo cerebrum debile non sit, vt infrà audies. Cæterū, vt tibi aliquid condonemus, tuaque opinio manca & distorta non remaneat, in epilepticis & vertiginoisis, si per consensūm stomachi, aut hæmorrhoidum cerebrum compatitur, quadam tenus fieri possunt in brachijs, vt quod iam habitualiter cerebrum contraxit, per illas spiret, euaueretur, & reuellatur, fiat vt a struit Ludou. Mer. li. institut. aliæ fonticulæ sub genu, vt quod ab stomacho, liene, iecore, & hæmorrhoidibus reputat, ad cerebrum attrahatur, & reuellatur, quālis, vt ego censeo, non perperam fiet, vt à me est conscriptum, & satis perdoctè probatum, cum amplissimis viris aptius, & cordatius fonticulæ in brachijs parantur, tamen cùm voto non viuatur vno, vnuſquisq; eligat, quod sibi magis perplaceat.

THEO.

THEOREMA VI.

*In quo satis facimus amplissimo, & in literis
eō summatismo Prado, in uictissimi, &
Christianissimi Regis Philippi
III. famulus.*

Vide Theor. 7. de facietate stom. & 21.

CVM Has exararem opelulas, gratissimi-
mis & mellifluis verbis percontatus à
me est solertissimus, & inclytissimus
Prado, qui post Baldum primas tenet, quid es-
set agendum in saeuo, crudelique affectu, quo
Ambrosius de Carrion grauiissimus & amplissi-
mus vir, famulus inuictissimi III. Regis Philip-
pi, cruciatur, & impensè afflit, quando Luna
cum Sole coit (dicitur morbus epilepticus, &
Herculeus à Galen. à Quinto Sereno lunaticus
sic vocatus, ut ipse asserit, quia quis genitus fuit
silente Luna) itaque cùm Gaspari de Prado eru-
ditissimo, pariterque prudentissimo, me esse
deditum, suisque amplissimis beneficijs addictū
conspexerim, promisi, & testatus sum, pro stir-
pando, & dissipando affectu, me esse facturum,

De cauterijs ac aliis.

quantum me lucubrations, studia, & labores
valerem, eique esse auxiliandum per copiosam,
& omnem medicamentorum syluam, quæ non
solum ab oculatissimis Medicis cōstruantur, ve-
rū ab illis etiam qui omni hora à non omnino
imperitis, idiotis, & experimentatoribus con-
glomerantur: & quod rectissimè fieri possit, li-
quet per Galen.lib. simpl. medica. facul. cap. de
capno, id est fumaria, ibidem sic loquitur: Mihi
dedecorū nō feit, cognitam fumariam à plebe-
io homine, & imperito ad stomachi languorem,
& ventrem emoliendum perdiscere: & vt nobis
Constantius Medicus, & Iurisconsulti constipulē-
tur, lib. de compos. pharmac. secundum genera.
4. Mantie pharmacopœ, & Targici commen-
davit: & rursus idem Galen. de compos. pharm.
loc. Philippi compositiones, & Antonij extollit:
& quod idiotis, & vetulis sit fides tradenda, ex
Ioanne Alphonso in suis lumi. patet, dummo-
do peritus Medicus omnia indagauerit prius,
ad integrandam salutem ægrotanti. Hec sapi-
mus maximè intelligimus, vidimus, et cogno-
uimus. Sed protinus obijciet quispiam non infi-
mæ fortis, neque ignarus, proinde generosus, et
benepatius Medicus, et in Hippocratica doctrina
naversatus, quod ipse perlegit apt. de undē, lib.
de decenti ornatū, hæc verba: Diligo autem ex-
dif-

discipulis, qui in arte progressus magnos fecerint, imperitis non committes, si minus eius, quod malefactum fuit, in te vituperiū recidet, suprà etiam dixi, et esse rationi consonum constat ex eodem Hippo. lib. de lege, vbi ait: *The-
saurus malus imperitia est, et infelices opes ijs,*
qui eam repositam habent, nutrit: *Verume-
niuero hos nodos Herculeos non est mihi ar-
duum diluere, atque conciliare, Hippo.* cùm de
meritis imperitis loquitur, prædictā sententiam
confirmat: collaudat tamen methodum curan-
di illorum, qui per experientiam ad artem me-
dicam accedunt, dummodo non omnino idio-
tæ sint, patet ex eiusdem Senis verbis, qui seip-
sum sic explicat, lib. de præceptionib. non ta-
men cunctandum est, et ab idiotis inquirere, si
quid conferre visum fuerit, ad occasionis veri-
tatem (de ijs dicemus iterum lib. de satia. The.
7. et 21.) denique Academia idiotarum, et impe-
ritorum, si non multum fuerint ignari, prodest
ad curandum. Sed unde digressi sumus

(in sequenti Theoremate) reuer-

tatur, alia explana-

tuntur.

THEO.

De cauterijs actualibus

THEOREMA VII.

*In quo loco adiungenda sint cauteria, in nobis-
lissimo Ambroſio de Carrion dicitur,
Setones in alijs.*

PRudentissimus hic vir cùm morbo atro-
cissimo comitiali vexetur, et per idiopa-
thiam cerebri, expeditissimum esse sum
arbitratus, cauteria ignita esse affigenda bra-
chio: abstinere ergo licet ab alta capitinis parte,
et ab occipitio. Huius rei ratio est, quia caput
habet imbecille, et reddetur multò imbecillus
et malum increscat. Satius ergo fuerit prosequi
doctrinā, quam insinuat Ludou. Mercat. lib. in-
stitution. cap. de fonticulis, vbi inquit; quod si
robustum caput obtineat, in occipitio præsidū
est singulare fontanelam aperire: nam in diutur-
nis affectionibus, et in quibus humoris est co-
pia, locum primū tenet fontanela, quæ semper
sit aperta in cauitate, quæ est inter duos mu-
sculos, parti cui affigitur: quo sit, ut à profundio
ribus partibus attrahat, setones à partibus cuta-
neis, de quibus egimus Theo. 34. Quare si dolo-
res et morbi vitio membranæ caluariam am-
bientis fuerint, præstant setones, magis quām
fon-

fontanelæ. Item in omnibus fluxionibus oculorum, oris, aut faciei, si à capite cum consensu pericranei oriatur malum; secus res se habet in cæteris fluxionibus, quæ à capite in abditis corporis descendunt, tumquæ utilior in Ambrosio de Carrion fontanelæ erit, quam fetos: quia à partibus longioribus humores attrahit. Quæ omnia asserta ex Ludouico Merca. hb. intitulit. sunt accepta, cui fides est præstanda amplius quam alijs medicinæ coryphaeis (vide opelu. de chir. Theo. 11.) nam sua dignitate cum sit Medicus Regis, reliquis anteponitur, ut notat Bart. aut quisquis ille fuerit in l. vnica, argumento illius textus, cap. de Confo. et Ardulag. lib. 12. et ibi dicit Angel. et Platea, quod (cum disputamus, et sermonem habemus cum Iurisconsulto Prado, partem medicinæ callet, non mireris) nobilitatem consequit, et Zar. libr. de præ. cap. 20. et Card. in principio pa. co. 14. et ait Bald. Qui dignitatem apud Reges tenent, sunt laudandi.

(. . .)

THEO-

THEOREMA VIII.

*In quo amplius de setonibus differit, et si
Theor. 33. alia sunt enucleatae.*

TAmet si suprà de setonibus mentio fuit facta, non erit alienum, sed maximè necessarium iterum explicare, quòd si materia in cerebro pauca fuerit, setones præstant, si copiosa, cauteria in occipitio, ut ait Ludou. Mercatus: qua in re hallucinatur Pereida, si quidem in infantulis & reliquis sub occipitio setones ponit, et si copiosa sit succorum congeries: cespitasse iterum sic liquet: nam capite de obtalmia refert, quòd si cucurbitulae, aut alia non profundunt, deueniendum est ad duo remedia, quorum unum est cauterium, alterum per collum traiectus seto, & cum cauterium multum dolorem afferat, & vlcus ex eo relictum non ita facile apertum seruari possit. Proinde ad filum deueniendum, tamen hanc sententiam sic conuellimus, quòd si cauteria sunt parum ignita, expertia sunt doloris grauis. Præterea, ut à nobis est conscriptum opcula de caut. & pestif. tonib. vlceribus ex Galeno, nullum est efficax remedium, & quòd magnificè prospicere absque no

De spherulis, setonib. & font. 80

xæ, alteram Petreidæ sic confutamus assertiōnē,
vbi ait: Vlcus non facile seruatur apertum: hæc
vana, & friuola est opinio: nam cū m spherulis
vtuntur Medici & Chirurgi vlcera sunt, quois
que æger à morbo liberetur, vt suprà dixi, cum
spherulis aperta: quantum inter sit, vt vlcera
sint aperta, vbi contagiosus, contumax, & vene
nosus sit euaquandus humor, lib. de vlceribus
malignis declarauimus, id est de morbo suffoca
tione ex vlcere, & ex hac lectione intelliges, quā
Hieron. Mercur. in lectio. Pisaniis in indice po
nit, morsus canis rubidi post triginta annos re
uerti: seruetur ergo apertum, Auic. lib. 4 f. 6. t.
4. ad quadraginta dies. Alzara. ad tres menses:
ergo facile seruatur fontanæ aperta, et si Pe
reida neget.

THEOREMA IX.

*Quid sit sentiendum de spherulis,
& ad quam curationem
speciose.*

Innumera hominum familia, quæ suis hu
meris medicinam, velut Athlas cœlum, se
sustinere arbitrantur, nostra refellent dog
mata,

De cauterijs actualibus.

mata, eaque vigilanter impugnabunt, quod nouam condimus artem, & neotericis demonstravimus, siquidem spherulas ex multis & varijs simplicibus, forsan a nullis scriptas, tradimus, quibus postquam fonticulae a cauterijs factae fuere, apertae sint. Gratulor profecto mihi, quod nullus erit tam mentis inops, & stipes, qui exacte & consulte non cognoverit, illud Plinij veris simum esse: quod nullus liber est ita malus, quod boni aliquid non retineat, quam notanter censuram confirmat Gel. lib. 2. et eam citat Macrob. lib. Satr. c. 7. nullum esse tam efferijs moribus, quin aliquid laudari non possit: et est text. Ergo loquimur, de poenitentia, distin. 3. praedicto authori suffragatur Mart. lib. 7. epigram. dum ait:

*Dicam, si dixero, nihil Nerone peius,
Nil melius Thermis Neronianis.*

Et Plautus.

Et summa saepe ingenia in occulto latent.

Ait etiam quidam.

*Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus,
Et quod tu non nosti, fortasse satis docte nouit
Offelus.*

Præterea innumera rusticorum sylua, numquam visa, nec audita dissertant: nam ut lepidè cecinit Virg. Eclog. 3.

Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

De

Despheralis, setonibus & fonticulis. 81

De quibus aliqua scitissimè & eleganter intellectus Olerius, dum scripsit: ex solo ieiuno, arido, & senticoso, rosæ, lilia interdum pullulant: quapropter non est multum admiranda res, si ex nostro armario, crassaque bibliotheca pullulet hæc farrago (idest, oriatur hæc rerum multarum commixtio, nam modò vnam, vel alteram disputamus quæstiunculā) Conuenientissimum ergo erit, ut recta comparetur salus, ex quibus plantis & pharmacis nostræ laudabiles spheræ construi debeant accuratissimè perpendere.

Postquam cruxstra, quæ à cauterijs efficitur, decidit, cuius terminus est, vt plurimū ad novem dies, vt asserit Vallesius de taranta, cap. de adustione ignis & aquæ, pretiosæ & exquisitæ spheræ in vlcere intromittuntur (Alcazar lib. 5. de morbo Gal. cap. 20. Fragos. in antidotar. capite de emplast. Gui. Seruan.) non solum vt vlcera nō coalescant, atque cicatrice nō induantur, & aperta teneantur, vt dixi, sed vt materia noxam inferens, benignè & clementer vacuetur, partesque neruofæ instaurentur, atque caro refocilletur, in re qua susque deque facio spherulas, quæ ex plumbo, cera, aut cicere, conglomerantur, & ex alijs simplicibus, quæ vlcera non corroborat, neque partes adiacentes:

De cauterijis actualibus.

tes: huius temerarij suffragij princeps est Andreas de Alca. qui lib. de morbo Gallico, pilas ad fonticulas concinnat ex turbith, hermodactylis, iua arthetica, agarico, & neque mensuram, neque pondus obseruat. Præterea medicamenta prædicta raptim, & potenter humores attrahunt, quorum vehementia dolores continentur, inflammationes, gangrenæ, sphaceli, & protinus mors subsequitur, & ut ne varia pronunciemus, & delphinem in tyluis, & fluctibus aprum ponamus, sed congrua & perfecta demonstremus, de turbith, quid sit iudicandū, tractemus, necnon de hermodactylis.

THEOREMA X.

Vbi quid sit turbith, & hermodactylus declaratur.

Grandis profecto, & nō leuis controuer-
gia esse solet inter doctissimos radicū in-
dagatores, qui summa diligentia, multas
inhospitas Alpes, & inaccessas peragrarunt, ita
ut timidis capreolis aditum non præstabant,
ut verā & germanam de turbith plantam in-
uenirent, & cognitam ostenderent, & ut alios
dominatissimos, & peritissimos omittam au-
thores.

thores, in medium affero Nicolaum Leonicenum, Tagaultium, Antonium Musam, grai Petrum Andre. Matthio. Ruelium, Mesueum (qui unus est, ut plurimos antiquos, & nostri temporis desinam doctissimos, plenos leporis, humanitatis, & venustatis viros, qui quo sunt ingenij cultu, quo fragrantissimo literarum amore, tam indigeni, Mauritani, Germani, quam Hispani in perpetuum obligatos Ioanni Mesueo profitentur) is ergo affirmat turbith, cap. de eo, plantā esse, quæ lacte turget, & similis est ferulæ: cui refragantur Leonicenus & Ioannes Tagaultius, dum asserunt, quod est refellenda ratio Ioannis Mesu. siquidem nulla est planta, quæ similis sit ferulæ in folijs, & lacte turgeat. Sed hoc absurdum est: nam si thapsiam Diosc. conferas cum turbith Mesu, inuenies lacte turgere, et ei esse similem. Est ergo turbith Mesu. et Diosc. thapsia idem. In qua doctrina persistunt Angelus Palæa, et Barthol. de Virbe veterum, et Carolus Clusius. Nec moueor, quod Rueilius, et Musa, Manardus et Actuarius dicant, esse radix thitima, vel alipū, ne vt Serapio ait, triplum Dioscor. quæ etiam radices sunt veneficæ, et noxiam inferunt, ut thapsia Diosc. de qua scribit Diosc. quod eius halitus nuda corpora inuadit, et pustulas creat: et lib. de yenenis, cū

De cæteris actualibus.

de flatorio, iterum ait obtinere acrimoniam, multumque excalfacere thapsiam: & quod sit thapsia turbith, liquet; nam electaria, quæ in officinis concinnantur cum turbith, facillimo negotio euomuntur, quæ facultas inest thapsiæ, ut probat Theophrattus lib. 9. c. 22. de histor. pla. et si quis continuet, tam superius, quam inferius purgat: insulæ, & minus falso agnoscit, qui spherulas construunt cum prædicta radice, cum potentissima præpollat attrahendi vi.

Explodendi præterea sunt ab hac spherula hermodactylis, siquidem qui in officinis usurpat, veri non sunt, sed potius colchicum, aut ephemerum, de qua radice astruit Matthiolus in Dioso. Hæc tenus apud probatissimos autores non inueni, qui veris notis tradiderint, quare Mauritani, & eos sequuti, miserè deceperunt, & errandi ansam tribuerunt: nam colchicum ephemerum deletheria simplicia pro hermodactylis tradiderunt. Quod item patet ex Plin. Nicadore in Alexipharma. Item ex Paulo, & Diosc. qui adeò eis ad comedendum refraganuntur, ut uno die interficiant strangulando: cauem dum ergo ab eis est in commixtione sphaerulatum.

Nihilo fetius tamen asserimus, quod hermo-

dactylus

dactyli, qui in myropolis ab myropsicis custodiuntur, non sunt ita effrenati, nec perniciosi, ut authores allegati suprà conscripserunt. Probatur ex Galen. lib. 2. de alim. facul. de Persij arboris fructu in AEgyptū trāslati, vbi benignus habetur, cùm antea venenositatem nanciscetur. Ratio ergo nunc sic desumitur, quòd in Hispania hermodactylus positus forsan deleteriam vim dimittat, vel saltim sit hæc, quæ sequitur, quòd sumitur cum alijs, & correcta, & in exigua quantitate, vt docet Galenus, tunc noxam medicamenta maligna non inducere lib. 3. simp. cap. 23. nam & ignis in exigua quantitate non calefacit. Ad alia trāseamus, & quod est in frequentissimo vsu diligenter subijciamus.

THEOREMA XI.

In quo appositiè Author ponit, ex qua massa fieri debeant spherula tam pro infantibus, quam pro alijs.

Honesti & bene morigerati Medici est, quæ ad salutem humanā conferunt, curiose examinare; præcipue cùm de illis rebus disputatur, de quibus ut collationem facienti

De cauterijs actualibus.

cienti manifestum est, nullum posteritatis memoriæ generosum præceptum est commendatum, vt visum apparuit, cum de perfidis ulceribus cum cauterijs in ore diximus: & nunc de nostris spherulis cognoscitur: quo fit, vt amanissimos meos Medicos iuuenes rogem, vt hæc de spherulis tractationem gratanter accipient, pro infantibus ergo spherulas, vel glomeramina, aut pilas, ex sequenti massa etiam pro pueris construens, pro reliquis postmodum disputabimus.

Pro infantibus & pueris.

REcipe cancami, chalbani, bdelij, onychidis, cuiuslibet gr. ij. pul. radicis spartæ parilæ, scr. sem. lacrymæ crisantimi peruniantur, gran. iiiij. cum cera alba liquefacta fiat massa cum prædictis, deinde pilæ, vt ars docet.

Per mensem prædicta massa debet in vasis vitreis, aut corneis, aut sigulinis densis obseruari, vt lib. de the. & antidotis dixit Galen. & Democritus ibi fermentatur, & optimè vires medicamenti custodiuntur, nec evanescunt: præclarè circonfertur, quod non minor est virtus querere, quam parta tueri, præscriptam eōpon-

positionem nobis expedit singulatim examinare, idque authorum præstantissimorum testimentijs, vt nostris spherulis congrua, & celebris concedatur facultas ad morbos profligatodos.

Chalbanum, seu galuanum neroos, & articulo loſiuuat, vt inquit Diosc. etiam tenet Galen. lib. simplicium medica. fac. qui dicunt, exacte prodesse vertiginosis, morbisque comitialibus; item cerebrum instaurat atque reficit ob bonum odorem, Exod. 30. Et non solum ijs affectibus mirificè auxiliatur, sed uterinos affectus corrigit, symptomataque sedat, vt Aetius, Gal. & Paul. manifestum fecere. Idem intelligendum esse de cancamo patefecit Diosc. sunt ex ijs cōfectis: ergo spherulæ vtiles.

Bdelium, quas sortiatur vires, explicabimus, & de cognitione & præstantia eius sermonem pronuntiabimus, de quo afferit Diosc. duritas emollire, & excalfacere, prodesse item illis, qui à serpente sunt percussi, cum ergo venenis aduersetur, in nostris spherulis perfectorie permiscetur, hisce utimur postquam in brachijs, vel alibi fonticulæ factitantur, pro dissipandis egritudinibus. Confert nunc maximè expone-re, quid intelligentiæ Authores, cum in compositionibus bdelium onychidem conscribunt, & petunt, quidam onychidem vocant; quia unguis

De cauterijs actualibus.

guis humani colorē hoc gummi. bdeliū refert,
aut quia incensum & suffitum conchili ony-
chidis odorem præstat: quod probatur ex Gale
no lib. de anti. 2. in Charmenidis antid. vbi de
bdelio onychide memoriā facit, idest, quod si-
mul ponit. Serapio Arabs dicit hoc genus bde-
lij Iudaicum ab Arab dicitur. Sed quomodo li-
bet verba sic obscurā, & perplexa se habeant,
rectissimè explicuit, & speciose memoriæ cō-
mendauit eius bdelij onychidis interpretatio-
nem Illustrissimus Archiepiscopus D. Petrus
de Mendoça lib. de Monte eccl. Dominae nostræ
Virginis Mariæ, lib. 1. cap. 24. exponēs illa ver-
ba Exodi 30. Sume tibi aromata stacten, & ony-
chidem: ait ergo ex sententia Isidori, onychis
conchula odorosa: & probat August. quæst. 135.
Papias autē herbam esse odoriferā ait, ut tenet
Nicol. de Lyra super Exod. 30. Tamē cùm ve-
rum bdelium onychi. non reperiamus, eius lo-
co Galen. lib. 8. de com. phar. loc. c. 7. thereber-
ponit, & lib. 14. method. de scirro ammoni.
pro bdelio substituit, & Cæl. lib. 5. c. 6. vbi ait,
in serosis affeſtibus pro bdelio optimè ponitur
ammoniacū: diximus prouidè substituerethere
bentina pro bdelio, sed cùm vera nō reperitur,
eius loco pones lentisci. ex Galen. 7. Methodi
Consulit etiam Gal. ponere therebetinam vul-
garem

De spherulis, setonibus & fonticulis. 85
garem, quæ ex pino elicetur, & vera resina est,
quam lib. 6. methodi hoc modo substituit: In
penuria thereb. humidā pineam frixam pones:
alia clariora sunt, quām per me possint demō-
strari: quapropter ad alia diligenter percurro
prorusticis, & nautis, siquidem refert Galen.
lib. 6. de composit. pharmac. loc. Fortioribus
corporibus, fortiora medicamenta sunt tribuen-
da: & opelu. de caut. & pestif. ulceribus fauciū,
congruē probauimus.

R Ecipe castorei, ammoniaci cuiuslibet scrupul. j. sarcocolæ, chamæpytheos, foliorū ni-
chocinianæ singulo. scrup. semif. dictami Cre-
tensis tantūdem, valerianæ & agari. ana gran.
x. cum cera æruginosa liquata, fiat massa, vt ars
docet, deinde compinge spherulas, & deau-
rentur.

Tametsi superiori loco de agarico nihil di-
ximus, expeditissimum est, aliquid de eius cle-
mentia, & bonitate ostendere: siquidem beni-
gnum est medicamentum adeò, vt tuto alto de-
nolutis & prægnatibus propinari possit, vt te-
stantur Dioscor. & Galen. eleganter vnitur cū
nostris massis; siquidem vt docet Gal. lib. sim-
plic. medi. fac. opitulatur morbo comitali, &
propriam obtinere vim in corroborando, cere-
brum, & neruos confortat, excremētaque mus-

De cauterijs actualibus.

culorum probè euquat, pituitamque crassam,
in singulis massis, aut spheris parum moschi. &
ambræ addes, propter fœtorem, qui ob purulē
tiā ab his fonticulis erūpit, panis auri, aut ar-
genti cooperias, ut ab ægrotantibus color gra-
tior conspiciantur, et quia auri folia cerebrum
et partes neruosas corroborant, ut testatur An-
dr. de Alcazar lib. de vulneribus capit. in fine.
Præterea etiam, quia colores nigri, flavi, aut ru-
fi pertinaces sunt apud homines: ab his ergo ca-
uendum, ut lib. de compos. phar. secundum lo-
cos notat Galen. Transeamus bonis auibus ad
alia, et de testiculis castorei nonnulla diligenter
differamus.

Castoreum ad integrandam hominum salu-
tem varios complectitur vius, præsertim in ip-
sius testiculis, de quibus multa disputauimus,
sed priùs Martialis carmina referam, non ta-
men multum lepida, nec certa:

*Et pedibus segnis, humida & perpendulus aluo,
Has tamen insidias, effingit arte fiber
Mordicus ipse sibi medicata virilia euellit,
Atque obijcit, se gñarus ab illa peti,
Huius ab exemplo disces non parcere rebus
Et vitam, ut redimas, hostibus aradari.
Cæterum multi pôderis est, palam iunioribus
Medicis manifestare, vana & insulsa esse præ-
dicta.*

dicti authoris carmina, legitur apud Matthiol.
ex sententia Dioſc. & ſeſti, quod testiculi caſtorei adeò aſtricti ſunt, vt in ſue, ſic ut euelli
non poſſunt, nec tangere: decipitur ergo Mar-
tialis. Comprobat tamen Dioſc. quod tremu-
lis conuulsis, & omnibus neruorum vitijs: idem
coſfirmat Galen. ex Archi. qui ex caſtoreo, qui
integrum librum fecit de caſtorei uſu: Arabes
etiam plurimas laudes de eo ſingulis diſtribus
promulgant, & ut alios omittam scriptores,
tradam iterum Galen. qui libro de ſimp. medi-
camen. fac. cap. 9. ad crasses & flatulentos hu-
mores capitis, & partium aliarum mirè in mo-
dum valere ſatis perdocte ſcribit: tandem no-
ſtræ pilæ pro agricolis etiam ſpecioſæ erunt, ſi
ex hac maſſa vniuantur.

Preruſtis.

Recipe gummi hederæ, & caranæ, ana ſcrup.
ſemis. xalape, mechoacam, ana tantundem,
lapid. bezahar. & ſmaragdi, ana gran. ij. ſtyra-
cis calamitæ, gumi elemi. euphorbi, ana gran.
iii. commixtis omnibus com cera berberifca
(melius rum alba) compinge maſſam, & ſiant
glomeramina & haec de ingredientibus ſuffi-
cient, copioſius alia loca ſuppedeſtabunt, pro iu-
uenibus repone.

De cauterijs actualibus.

THEOREMA XII.

In quo ventilatur, an in vertigine? epilepsia, & in morbo suffocatio cauteria iuxta commissuram coronalem ponte possint, et si supra Theor. 28. declaratum est.

Si cut arua profecto si aratriis, rastris, & asiduo labore tractetur, uberrimos fructus, eosque præstantissimos procreant: contraria autem si contemnatur, sterilescunt, ignaviaque redduntur, & frigent: sic hominum ingenia splendida fiunt, si exerceantur, ut in dies noua inuestigare, inuenire que possint, & debita præmia, moresque tempestiuos suscipere, : quæ omnia ex memoriae cultura cognoscuntur. Quo fit, ut per experientiam cauteria in morbo suffocatio esse utilia videantur, etiam si iuxta commissuram coronæ. Tamē magna circa hoc se offert controversia; nam tot habent leges, quot sunt authores; prius Hercules Augis stabulum expurgavit, quam medicinam ab erroribus, sed tamen, quæ magis conducibilia præsidia præ manibus geruntur, scribam. Itaque si quis vertigine

ne, aut epilepsia vexetur, dum modò cerebrum non sit imbecille (ut dictum est) et si aeris fluxio à capite descendat, vt in morbo suffocatio, cauteria in coronali commissura, aut iuxta eam adaptari possunt (melius in ore) ut ex Dona. ab Alto. colligi potest, capite de tabe, aut occipitio inter primam & secundam vertebrā: hanc etiam magnificit propositionem Paschali. cap. de morbo comitiali: Cauterium, ait, expertum remedium est in coronali cōmissura adhibere, eu aquatur à parte affecta, & in hoc morbo, & in alijs, qui sedem in cerebro habent (vide opel. de chiro. cap. 13. & Theor. 25.) si cauteria, vt notaui, non mortua sint, tamen non superfluat ignis, vt suprà est probatum, ex decreto Albuchensis, nam suspitione non caret: celeriter ergo imprimi debet, ne dura mater, à qua omnes membranæ originem sumunt (vt tenet Daza lib. de vulner. capit. par. 2. cap. 1) acuratur, & sensū, & motum dimittat: quibus pollere liquet ex Galen. lib. de medicatrina, co. 3 pa. 30. ibi ait: In cerebri membranis pulsus & motus sunt, & ait crux & brachium, vt moueantur, in nostra est potestate, thorax & membrana cerebri non: et Rufus Ephesius lib. de corpore humano cap. 2. Tunicarum prima ossibus affixa, quæ pulsatorio motu mouetur, exterior, mobilis atque crassior est.

De cauterijs actualibus

est. Idem sensere Ambrosius Pareus, Andreas de
Cruce, Venetus, et Celsus, lib. 8. cap. 4. vbi mem-
branam mobilem esse declarat: sic mala signa
sunt, si membrana cerebri sit immobilis, et nigri
coloris. In cuius expositione reprehendendus
est Fragosus, qui esse mendosum textum testa-
tur, et non mobilem, sed mollem esse dicturum:
contrarium ex Celso probatum est. Circunspe-
cte tamen ab eo conscriptum est lib. de antido-
tis, cap. de emplast. vbi ait: Candens ferrum si
in capite imprimatur, succurrit omnibus capi-
tisfluxionibus, et doloribus antiquis, si prius cō-
missuræ pilos raseris, et cucurbitam adaptue-
ris, ut promptius cutis eleuatur, et postmodum
frigido ferro partem signaueris, quod perfora-
tum sit, et cauterium ignitum intromittas, in-
trepidè cranium aduras, et celeriter, tuac mem-
brana cerebri nullam suscipit noxam, Sansit e-
tiam Ioannes de Vigo. lib. 2. de apost. tracta. 3.
ca. 1. Post apertione talpariæ radatur craneū,
deinde cauterizetur: cui subscribit Daza lib. de
tumo. præter naturam: In vertice cauterium ig-
nitum pone, parum immoretur, ne membranā
aduras, suprà opelula de caut. et pesti.
tons. vicer. etiam diximus Theo-
rem. 26.

THEO-

THEOREMA XIII.

Quomodo utrio fieri debeat, & quis fuerit auctor, dicitur hic melius.

Hippocrates lib. de Medico ait: In quibus per vnicā sectionē, aut vſtione chirurgia absoluītur celere m vſtione, aut sectionem facere oportet: nam quod dolorem ad fert, quam minimo esse tempore conuenit. Quā doctrinam suprà iam docuimus, et vt memoria decidat, optimè repetitum est, vt per incuriam chirurgi non accidat lamentabile illud verbū, quod refert Eragofus libr. chirurg. de talparia scribens, inquit ergo: In Curia parentissimi et Christianissimi Regis Philippi II. aderat legatus Regis Poloniæ, qui ex talparia crebris capitis doloribus infestabatur: quidam autem circumlatores, et circumforanei Chirurgi, cum post apertione cauterium ignitum in craneo imprimerent, et in administratione diutius immorarentur, illustrem Equitem interfecerunt. Docta est sanè Hippocratis sententia, quam lib. scripsit, quod conuenit eligere discipulos, et ministros qui in arte magnos progressus faciant: et vt Soranus Ephesius lib. de arte medendi, c. 3.

De cauterijs actualibus.

sensit, pleni sint humanitatis, et misericordiae, nō tamen audaces, neque multa, vt imperiti loquantur, sed necessaria facere autem nihil debent curiosè valde, quærerit namque æger, non ornatum, sed auxiliū. Sed vtvnde sumus egesi, nostra reddatur tractatio, Andreæ de Alcazarrepudianda est opinio, qui lib. de morbo Gallico 3. cap. 1. craneum non adurit, ne coaguletur cerebrū, si Chirurgus studiosus fuerit, et cū ostentatione et garrulitate poëtica non loquatur (vt ait Hippocr. lib. præceptionum) pretiosè cauteria imprimet, nec noxam ullam committet. Nec rursus audienda est Cornelij Celsi censura, qui lib. 8. cap. 1. tradit, costarum os, aut craneum adurere inutile est, sed radere. Itē consopienda Alexandri Traliani est sententia, quam lib. 1. cap. 15. exaratam dimisit, qui non esse vtendum auxilijs, quæ dolorem inferunt, statuit, vt cauterijs ignitis in capite, quæ magis supplicium quam auxilium præstant. Sed tamē huic testimonio refragatur Celsus lib. 3. cap. 23. qui de morbo comitiali contendens cauteria ignita duobus locis adiungit, nempe occipiti infrā et suprà, ubi summa vertebra cum capite committitur. Et hoc testimonium prudenterius est, quam quod suprà est notatum. Quæ omnia comprobantur (vt Theor. 6. docuimus) ex

De spherulis, setonibus & fanticulis. 89
Lanfran. doct. 3. tract. 3. cap. 18. imprime leui-
ter cauterium ignitum in sincipite, ne membrū
inflammetur, & si effectum non fueris assequi-
tus, itera cauterium, vt craneum spolietur, &
materia euquetur. Idem consuluit Albu. Ha-
li. Brunus, sed omnes acceperunt ab eximio &
doctissimo Aretheo Cappa lib. 1. cap. 4. loquēs
de morbo comitali. Opus est ignem capiti in-
ferre, proficit in primis os perforare, usque ad
secundam laminam, deinde emplastris ceratis
vti, donec tantisper membrana ab ossibus re-
cesserit: itaque nos affirmamus, quod prouide
cauteria ignita in parte alta capitis pro ulceri-
bus malignis oris imprimunt, et si melius, vt
semper dicimus, in ore, & pro omnibus fluxio-
nibus, quæ à cerebro originem ducunt, quid-
quid alij iudicent.

THEOREMA XIII.

*An ad sanguinis missionem, & expurgatio-
nem, & herbarum collectionem, & ad
cauteria & Astrologia sit con-
templanda.*

Vulgaris notitiae est, & apud veteres ma-
xime obseruatum, religioseque conspe-
ctum, non esse sanguinem mittendum, ne

Z

que

83. *De cauterijs actualibus.*

que expurgandum in die coniunctionis Solis cum Luna; neque ante primum, & secundum diem: quas & alias influentias vigilanter, & prudenter animaduertere commendat Hippocrat. lib. de aere, aquis, & locis, ibi inquit: Oportet astrorum ortus, & concursus considerare: morbi enim in ijs diebus, aut incipiunt, aut definuntur, aut in aliam speciem, statumque mutantur; quam litem scitissimè sanè dirimit Hippocrat. 6. Aphor. vbi ait: Sub Cane & ante: cui accuratissimè subscribit Galen. de diebus decretorijs, vbi testatur, quòd motus Lunæ magnas in humoribus efficit mutationes. Quæ omnia ruminanda, atque consideranda sunt, ut iuniores Medici incepitanter quascunque curationes aggredi possint. Et comprobatur per Aucennam, qui astris fidem præstat, ait sic feni 41. cap. 1. de ventosis: Ventosæ non opponantur in principio mensis; nam humores nunquam ebullierunt: neque in fine, quia humores sunt diminuti, sed in medio mensis, quia humores sunt ebullientes, augetur cerebrū in crano, medulæ in ossibus, & aquæ maris accessione & recessione retinet. Et quòd astra sint perpédēda, liquet ex Hermete Trimegisto, qui pharmacū nō propinat cū Luna subit ruminatia signa, tūc namque mutantur plurimum humores: sit nāque:

que medicamentum vomitium, cum potius
dejectorum esse deberet: & tam enodate, & cu-
riosè contemplantur astrorum influxus; quod
non erubescat, nec temerè loquatur Galen. lib.
simpli. alisum herbam ad canum rabiosorum
morsus ardente Syrio esse euellendam, nec non
fluuiatiles cancros ad idem peridoneos: quo e-
tiam tempore sumimus scorpiones ad oleum
celebre Matthioli Senensis: quo sit, ut damnari
non sint, qui in colligendis herbis quædam
decreta tempora, nonnullosque syderum ortus
errantiū obseruant. Quæ exaggeratissima sen-
tentia non ad ineptias, & incantationes est cō-
vertenda; quia cum inferiora à superioribus gu-
bernentur, & regantur, fieri potest, ut Luna,
quæ cæteris nobis errantibus syderibus est pro-
pinquier, maximam cum plantis, & rebus qui-
busdam habeat rationem, tunc cum augetur,
tunc cum singulis mensibus minuitur. Non ex-
tra limite merit, nunc indagare, in quibus si-
gnis sit Luna, tempore quo cauteria, & alia ar-
ti medicæ subseruientia exercenda sint, ut ars
medica dignitatem adipiscatur: qua in re cum
plurimos conspicerim tum Medicos, & Chi-
rurgos, aliosque artifices, qui carminibus po-
tius, quam solutis orationibus delectantur, cō-
scribam, quæ signa super membra corporis no-

Decauterijs actualibus.

Stri prædominium sortiantur, & quibus diebus,
& mensibus cauterijs sit vtendum, vt vertigi-
nosi epileptici curari possint, si morbi dent in-
duicias spectandi, sin minus quoquis tempo-
re, quia vrget morbus, medicamenta & cau-
teria administrantur, reliquaque medicamen-
torum sylua: carmina sic leguntur:

*Vt cælum signis perfulgens est duodenis,
Sic hominiis corpus asimilatur eis.*

MARTIVS.

Nam caput, & facies Aries sibi gaudet habere.

APRILIS.

Gutturis & collius tibi Taure decur.

MAIVS.

Brachia cum manibus Geminis sunt apta decenter,

IVNIVS.

Naturam Cancri pectoris aula gerit,

IVLIVS.

At Leo vult stomachum, genes sibi vendicat idem.

AVGVSTVS.

Sed intestinis Virgo praefesse petet,

SEPTEMBER.

Ambas Libra nates, ambas sibi vendicat anchas.

OCTOBER.

Scorpius vult anum, vultq; pudenda sibi.

NOVEMBER.

Inde Sagittarius in coxis vult dominari.

DE-

DECEMBER.

Amborum genuum vim Capricornius habet.

IANVARIVS.

Regnat in Aquario vis apta decenter.

FEBRVARIVS.

Piscibus & demum congrua planta pedum.

Ex prefatis liquet, astris esse fidendum, & posse nostrum Iurisconsultum astrariorum influxus spectare, quia non vrget morbus, tamen spectandi promittit inducias: cauteria tandem aut fetones imprimantur serena cœli constitutione abolita Solis effervescentia, Luna existente in signo Cancri, aut Leonis, aut Virginis: quod dinum præceptum obseruabis in prudentissimo Prado. Alioquin non solùm peritissimi Medici taxabūt, & suggillabunt volumina nostra, sed bardi insciolique Chirurgi, & medicinam plenam esse sophismatum, & calumniarum declarabunt, quæ omnibus meritò artibus anteponi iure debet: nam si quis præcipiti est consilij, ob bilis scandentiam, ocyterque furore apprehensus, medicinæ præsidij attemperatur, & tranquiliior redditur. Hæc deinde insignis facultas non solùm diuitias præbet, sed fert hominibus suppetias, ut cœlestibus vtatur, prauū corrigendo humorem, & eum stirpando, taliter-

Decauerij sactualibus.

terque animum reficit, ut semper desideret suū intuitum in Deum figere. Quid multa? Hec insignis ars & nobilis valens est, excellentissimos animos efficere, cùm infectos succos educat: & ut summatim cum Erasmo Roterod. referam aliqua, primam omnium artium inuenit necessitas artem medicam: si authoritatem addit honos, in arte medica repræsentatur: si magna sunt, quibus Reges summi probantur, hæc non solum grauissimos Reges delectauit, verū etiam illustravit, & extulit: si dulcia quæ sunt, ea sunt pulchra, speciosa & candida, ex Solo. et Plato. nulla operosior, quæ tot disciplinas, et accuratas in medendo inuenit artes: si dignitatem rerum diligenter existimamus, et constanti animo indagamus, quid benignius, aut amabilius, quam ad Deum proximè accedere? Cuius auxilio, si facultatem perpendas, quid suauius, quam totum hominem certo exitio periturum, advitam restituere? Si virtutem pulchrā et honestam inspicias, quid honestius, et præstantius, quam seruare genus humanum? finaliter ars medica omnium artium preclarissima. Superst nunc vigilanter attendere, et oculatissimis oculis, et emisitijs videre, quod omnes ego amo, et veneror, et cùm mihi, studijsque

meis,

De spherulis, setonibus & fonticulis. 92
meis, in excellenti, cultissima que tua doctrina
subsidijs plurimum impositum esse existimem,
humiliter exoro, ut Alphonsum tuum Gome-
tium de la Parra Medicum tui studiosissimum,
tuarumque rerum amatisimum, amanter
fusciplias, et indignum commendata-
tum habeas, & diligas.

Vale.



N Q S.

NOSTRAE POLYAN-
THEÆ PARS TERTIA. IN
qua de satietate stomachi in infantulis, pue-
ris, & cæteris differit, quibus pulchra
& medica mulier rectè mede-
ri potest.

THEOREMA I.

*In quo de satietate stomachi differit, & quo-
modo tenebris infantulis, pueris, &
reliquis hominibus præstandum sit
præsidium, exponitur.*



Libi cùm de syriaco, igniuomo
vlcere oris disputatio habita
fuit, Theo. 2. aliqua veluti per
transenam de satietate stoma-
chi aperiūmus, nunc tempus
poscit, altius, & penitus velam
promittere ventis, & quæ longo tempore con-
speximus, & notauimus in propatulo reddere:
quæ si non ita distinctor & sagaciter exarata ex-
titerint, vt charissimis & amplissimis meis To-
letanis Medicis facere satis possim, mihi par-
cant,

eat rogo, siquidem omnia vigilia, studiaque mea semper sincero atimo illis commisi & de novo deuoueo. Ad illud ergo, cuius gratia polliciti sumus, conuenitatur oratio. Paterfamilias, qui sic à Macro. lib. 7. Saturna. c. 14. à nobis vetriculus dicitur, & à Quinto Sereno lib. de morbis. c. 27. coquus naturæ & totius corporis, opiparā exactaque coctionē celebrare non potest, ob penuriam caloris natiui, cùm autē infantes, pueri, & reliqua hominum academia multiuera sit, facilissimo negotio alimenta corrumpt, cruda, & crassa reddit. Meritò ergo hunc affectionem, ni me sensus fallit, cruditatem stomachi, fastidium, aut satietatem vocamus, à vetulis matularijs ahito, aut repletio ventriculi, quam Vallesius lib. methodi, satis perdoctè contéplatur, quippe rectius, & speciosius lib. de ratio. vi citus in morbis acutis, vbi in hæc prærūpit verba: Maximi est momenti in initio curationis cuiuscunque morbi acuti satietatem considerare: plurima namque symptomata affert, quæ maioris alicuius mali speciem referunt, & curationi obstant. Liqueat præterea per Christophorum à Vega lib. 11. cap. 12. de arte med. (vide Theor. 2. de cauter. actualib.) it sic: Si quis in ciborum quantitate modum excesserit, in non paucas incidet noxas, in cruditates, obstructio-

De satietate. Stomach. in infantulis.

nes, ventriculi dolores, rugitus, nauseas, vomitus, febres, putredines, memoriae labem, virtutum omnium laguorem, ad finem renum lapides, atque vesicæ, & articulorum dolores. Quæ omnia symptomata euenire affirmat etiam Valles. libro epidemiarum, ob corruptionem ciborum in alio, à quibus fuligines foetidæ ad cor reptant, conculsiones per compassionem cerebri cum stomacho, quibus ut plurimum intereūt: alia innumera accidentia occurunt, quæ Theorem. 4. manifestabuntur. Præterea succinctè & atticè subscribit Valles. Ludouid. Mercat. lib. de febre maligna punctic. vbi asserit: cruditati esse succurrendum (id est ahito) priùs in morbis acutis, deinde sanguinem esse mittendum: qui prædicti grauiissimi authores mentem suā hoc modo explicant, videlicet quod si cruditas suctorumque colluuies, pumila in stomacho latitet, concinnè & prouide sanguinem mittes, deinde expurgabis: si verò congerie succorum crudorum multa stomachus scaturiat, priùs leui aliquo pharmaco aluum exolues, & postmodum venam pertundes, leuia pharmaca propinabis, erunt manna, cassia fistu. syrpus Regius (vt notat Ludou. inuictissimi, & Christianissimi Philippi Tertij Protophysicus) item zulapium è pluribus infusionibus rosa. Persi-

carum

carum, vel ex rosis Hispanis rubeis: cauendum
vigilanter à catharticis ob penuriam coctionis.
Ex allegatis percipies, exacteque memoriae
mandabis lectionem Auicennæ, quam scribit
quarta, 1. doctr. 2. cap. 7. de regimine eius, quod
comeditur & bibitur, vbi ait: Caeue ne venam
scindas in satiatis (hoc est si parua facies, si mul-
ta non:) Interpretabis etiam dilucidioris doctri-
nae gratia, hac verborum serie Galeni textum,
ex lib. 4. sanitatis tuendæ, qui sic ait: Si sanguis
bonus exiguusque fuerit, crudique humores
plurimi, neque sanguis mittendus, neque expur-
gandus est; quippe in asse vena bonū sanguinē
emittit, & malum, qui in primis maximè venis
& circa iecur, & in mesenterium colligitur, in
totū attrahit corpus, deiecitio in talibus tormi-
na & erosiones procreat, animique deliquia,
quando omnes humores crudi sunt, et inepti
ad coctionem. Sed hæc lectio Galeni de medi-
camentis, quæ attrahendi humores potenter
vim fortiuntur, intelligenda est: non tamen de
lenientibus, et lubricantibus, et de illis, quæ
clementer et benignè humores educunt: cùm
hoc tamen an ad vomitum sint fastiditi conci-
tandi, quia necessitas vrget, vel quæ in stoma-
cho sunt per clysterem etiam euaquandi,

De satietate stomachi in infantulis.
aut quid aliud factitandum candidè infrà nobis
tabitur ex Hippocrate, & ex alijs Theor. 3.

THEOREMA II.

*In quo disputatur de satietate (nos cruditate
vocabamus) stomachi, quomodo cognoscitur.*
*O quis si agendum, cum ab agro-
to Medicus vocatus sit.*

Versatissimi & prudentissimi Medici officium est, ut cum ad infirmos fuerit vocatus, non protinus manum admoliri, sed sedere (ut notat Celsus) & quiescere, & quemadmodum se habuerit interrogare, et si aliquis metus ei subest, auferre: deinde pulsus & vrinæ operam dare, præsertim si sint ægrotantes, cum quibus (ut ait Galenus lib. 1. ad Glauconem) antea, cum sani essent, versati non sumus, proinde quem calorem, quam corporis habitudinem, quem natuum calorem, arteriarumque pulsus antea habuerint, ignoramus, quæ si antea à nobis perspecta essent, morbi magnitudinem iudicaremus. Prædicta tamen non sufficiunt, ad veram & genuinam cognitionem crudorum succorum in stomacho latitantium, nisi alia

si alia musinentur, atque attendantur: sunt vero illa, quod peritus Medicus ventriculo manum admoueat, sub qua ut plurimum pulsationem apprehendet, & habita ratione de anteacta vita, & de ciborum sumptione, fastiditum esse, ægrotantem nūciabis; præsertim si puerulus sit puer, etiam aut alter, & sequentia signa demonstrantur, quod febricitet, & adsit inappetentia: eiusdem acuminis & ingenij est musinare, si puer epilepsia, tremoribus, alijsque symptomatibus (ut The. i. nota uimus) vexetur, ut si vèter non suo fuerit fuctus officio, ita ut nihil reddierit. Prætereundum non est, ex Paul. lib. i. cap. 5. si nescientibus nobis puer satiatus sit, somnolenter & torpidus redditur, venter intumescit, atque inflatur, vrinæq; aquosiores redduntur, quæ repletionis notæ sunt: tumque iubet, nihil eis esse pròpinandum quo usque ingestos consumpsit cibos. Benè propalauit Hippo. lib. de morbis: Homo si parum comederit, à morbis nō cruxabitur. Perdoctè consulit Aëtius, Tetra. lib. i. ser. 4. cap. 29 puer à cibis & potibus abstinentius, cùm sufficienter repletus sit, ita ut neque plus iusto non appetat, nec minus ingerat. Quibus subscriptit Oribas. lib. 5. synopseos, cap. 5. de educatione pueri, ubi ait: Si nobis nescientibus impletur puer, statim ad somnum legnior procli-

*De satieta*t* stomachi in infantulis.*

cliuiorque redditur, inflatur & intumescit ven-
ter, vrina aquosior apparet: quibus perspectis ni-
hil dandum, donec quod in ventre fuerit, con-
sumperit. Doctrinam postmodum Vallesij no-
tauimus, qui de satietate pueri disserit, li. epid.
5. tex. 39. sub cōmē. illius histor. de Hermophili-
j filio, sed ita succincte & breuiter, vt cum ad
hunc peruenissem locum, substitui parum, & cō-
siderauit desistendum mihi in cursu hoc, aut e-
tiam scribendo altius progrederer. Ceterū
mihi aptius & potius fuit, ne manca & sine exa-
mine relinquatur oratio, aliqua de cruditate, id
est, satietate exarare, de qua parum à recentio-
ribus conscriptum reperio, aut propter ignauia
Medicorum, vel quia sunt ita parabolani pluri-
mi, qui ut aliquid in re medica fecisse conspitia-
tur, reliquorum conterunt curationes, atque cal-
citrant, & temerē, & absque consilio, & iudicio
alta voce proferunt, mulierum vetularum &
idiotarum esse artem: verumenim uero hanc il-
lorum temerariam audaciam, & grauem calum-
niam in sequentibus Theorem. fatis ad vnguem
fuggillabimus, atque cōsopiemus: quibus tan-
quam veritatis detractoribus non est subscri-
bendum; tamen mirum non est, quia nullum tā
inculpatum fuit sacerdolum, quin monstrum vnū
tale, aut alterum non produxerit: quæ fuere pul-
chrio-

Sin reliq. quib. med. mulier. med. 96
chriora in posterum, breui verborum comple-
xu, bono animo tradam.

THEOREMA III.

*In quo aptius de integra & perfecta crudita-
te sermo habetur.*

VT germana & pretiosa sit medela crudorum succorum in stomacho sedē habentium, licet ipsissimum & integrum Hippocrat. textum in memoriam trahere, quē sit commendat lib. 5. epidemia. tex. 39. Hermophilij filius ægrotauit quindecim dies, febris tenebat ipsum, & non descendebant cibi, & primū quidem delirauit, nocte autem cessauit, sequenti die sine voce iacebat, penna immissa euomuit bilem atram, & clysterem accepit, & sterlus multum subit. Hucusque venerandus se nex. Respice, quia cibi non ascenderunt, corrupti, crassi, & erudi remanserunt, ut ait Valles. in commento, à qua cruditate seu satietate, multa grauia & perniciofa symptomata exorta, ut vidisti, fuere, non solummodò in infantulis & pueris, sed etiam natu grandioribus: sed etsi per Vallesium, & Ludouicum Mercat. docemur, esse progrediendam curationem per sanguinis mis-

De satietate stomachi in infantulis.

missionem, & aluum soluentia. Maximum tamen rei caput est, exactissimè perpendere, quod consultit Hippocrates, cuius doctrinam se etari prudentis & honesti Medici est, qui pervo mitum curationem administravit, & per clysterem.

Cæterum excogitandum à me venit, quibus pharmacis sit vomitus parandus scriptitare; si quidem Hippoc. non explicuit: protulit tamen Mesueus in canonibus diuersimodè vomitus, quippe levia & suauia vomitoria, mediocria, & potentiora, qui inquit: Benigna & clementia vomitoria sunt, semen anethi (de sicco intelliges) atriplicis, melanthij, rapæ radicis (de domestica intellige) ceparum rhaphanus (de sylvestri rhaph.) aserum, & similia. Miror sanè de prudenterissimo Mesueo, quomodo inter suauia vomitoria asarum conscribat: si quidem ex Dioscoridis præceptis liquet, asarum veratri modo aluum soluere. Iterum rursus admiror, quo pacto anethū vomitum excitare denunciet Mesueus; si quidem Anazarbeus Dios. dicat aluum, & vomitum sistere: nisi forsan intelligat illum efficer cùm eius decoctum tepidè sumptitatur: Sunt deinde, inquit, fortiora vomitoria cnicus, bau-rhac, balgemmaus, sal Indus (de quo vide operula de sale cap. vltimo) Ait præterea, vehemen-

ter

ter vomitum concitantia sunt helleborus, condisium, quod herba saponaria, lanaria, & herba fullonum à nobis dicitur, necnon sic nominatur à Malachia Propheta, lathiris etiā cherua, tāpsia, cucumber asininus, & similia.

Primā classem consultissimū est administrare in pueris, fœminis, eunuchis, & qui sedentariam vitam agunt, qui cruditatē optimē per vomitum traducunt.

Secundam usurpabis in natu grandioribus, sicuti tertiam in agricolis, qui alijs ferociores sunt ad vomendum: excipiuntur tamen cherua, latiris, & cucumber asininus, quæ corrigi debent prius, & coctionem succorum expectant, ut tenet Ioannes Sangosanus lib. i. Theor. i. capite 2. dum modò necessitas non urget: nam possibile est, quod cruditas adeò molestet, ut non admittat coctionem. Prætereundum tamē nō est, quod prius quam advomitū inuitentur, ut selectior fiat vomitio, oleo spicę stomachus est inungendus, deinde emplastra laxantia, vel vnguenta adaptanda ī stomacho, ea arte, qua postmodum videbis.

In rusticis etiam vomitus sine noxa commovetur, si raphanū, in quo helleborus sit assatus, propines, aut segmenta per diem, & noctē collocaueris, ut dicebimus ignorandum tamen nō

72 *De satietate Stomache in infantibus;*
est, quod veratrum debet esse album, quo-
tios de eo absolute sermo habetur, ut accu-
ratissimè notauit Galen.5. Aphor. aph. 1. & Me-
sueus proprio cap. de helleboro, quibus cōstipu-
latur Videlius. Videlius Florentinus commentarijs de
fracturis, commen. 2. habēdum in memoria est,
quod per veratru[m] prēstantior sit vomitio, quam
per thapsiā, aut cucumere asinīnum, vt testatur
Oribas. lib. collect. ex Archigenis testimonio,
sit tamen album et molle: curus meminit Hip-
pocrat. lib. de fracturis 2. Sed quid sit veratrū
molle pauci ex veteribus & recentioribus scri-
psere: tametsi maximam curam impenderunt
Videlius Videlius Florentinus loco supra allegato
sic explicat: Molle veratrum, hoc est, corre-
ctū, et castigatum; quod hac arte præparatur,
vt ipse ait, non sanè radiculam ex oxymele in-
terdum dedimus, in quam veratri radici fur-
culi dumtaxat per totum diem, & noctem es-
sent infixi: hæc enim purgatio alijs leuior est.
Reste hic actitasset, si verba esse Pauli declara-
ret, ex lib. 7. cap. 10. vbi ait: Rhaphano arundine
compacto, deiecta que veratri albī radice præ-
segmina inferuntur, atque una nocte in eo per-
manserint, projiciūtur, raphaelanus minutim cō-
citus exhibetur. Varias profectō propinandi et
præparandi veratrum veteres prodiderunt ra-

tiones: sed non minus doctè, quam eleganter præparati methodum aperuit noster Mesueus, quæ in usu frequenter habetur, et in canon. posuit radicem rhaphani radicibus hellebori transfixam sub ceneribus coquimus, & eam rhaphani radicem damus edēdam, quæ virtutem hellebori habet, sed repressam.

Omittendum nunc non est, quid Euangeli-
sta noster Mesueus (ita vocant recentes & bar-
bari) per radices hellebori intelligat. Hanc du-
bitationem diluit Plinius lib. 25. natura. histo-
riæ, cap. 5. legit ad vomitoria ex veratro te-
nuissimas radices, brevesque ac decurtatas: nā
summa, quæ est crassissima, cepis similis cani-
bus tātum datur purgationis causa. Diluit pre-
terea Aëtius hanc controversiam tetr. 1. ser. 2.
cap. 119. ubi illas radices festucas vocat, ait: In
rhaphanum festucæ singuntur, et cum arundi-
ne compunguntur, deinde festucæ in foramina
immittuntur, hæ festucæ per noctem remaneant
in rhaphano: diligenter tamen attende, ne quid
ex cortice veratri in rhaphano remaneat, et tūc
ad vomitum excita. Idem lib. citato, cap. 126.
magni facit item nobilis author, quod ad vomi-
tum veratri ferociissimi viti promptiores sunt:
at pueri, senes, et mulierosi, inepti, item pusilla-
nimes, et qui difficulter vomunt. Circunspecte

Desatietate Stomachi in infantulis;

igitur, & prouidè excogitata est nostra vomi-
tio, quā suprà ex Mesueo dedimus: & quòd vo-
mitus saluberrimus sit, iterū patet ex Hippoc.
lib. de affectionibus, qui ait: Qui plures, quām
solitus est, cibos & potus sumperit, optimum
est, vt euomat. Consultit præterea Orib. lib. iu-
cups. cap. 9. Si plurimo cibo, aut vino se ingue-
gitauerint, euomant.

Abolitur etiam satietas, seu cruditas, vt te-
statur Vallesius in commento illius notabilis
textus Hippoc. lib. 7. epide. tex. 110. (præpotan-
tium crudum, salsa cum melle) si quis aquam
gelidam, aut crudum lac, aut sorbitiori crudio-
ri, aut potionē se lēsum senserit, falso aliquo ci-
bo cum melle vtatur, veluti caseo, aut salito ci-
bo (vt sardinas cum melle intinetis) Non mino-
ris pretij sunt remedia, si aduersus cruditates
stomachi veteribus vtatur nucibus, intinctis
cum melle, aut, vt quibusdam in vsu est, nu-
cleis priscorum, aut pinneis, aut amygdalis cū
melle subactis. Constat deinde non solum post
potiones, sed post etiam cibos crudos, & frigi-
dos: denique ad cruditatem omnium, quæ nido-
rosa non sunt, esse vtilem. Hactenus Vallesius,
ego, vt prædixi, ex sententia Hippoc. vomitum
extollerem in satiatis, & clysterem, quamvis
sint blatarij perpetua inscitia obruti, studio-

Sin reb. quib. med. mul. medet. 99
sis omnibus inuidentes, atque illorum operam
carpentes.

THEOREMA III.

*In quo demonstratur, que emplastra sunt pro
ficia ad fastidium stomachi, & ex quibus her-
bis concinnè componi debeant, & quo-
modò stomachus sit inungendas
cum oleo spicato alaba-
strino.*

Quamvis Theoremate de satietate mul-
ta enucleauimus ex Hippocratis testi-
monio, superest nunc, quod in eius com-
mento scripsit Vallesius patefacere; refert ergo,
quod adurationem satiatorum accedunt, & oc-
currunt Medicæ, & semper gregatim, & mani-
bus ventrem subigunt, oleo intinctis, admouen-
tes emplastra laxantia, vtrentes clystere, & glan-
de, deglutire cogentes semen hormini, & psy-
lij (me fugit ad quid semen hormini conceditur
siquidem ad cruditatem Galen. nec Diosc. non
propinarūt) quæ curatio non est nota, quod ille
non faciunt, nisi procedatur ad venena, ut hau-
stum ceruse, aut argentum viuum, hæc vites

Me-

Desatietate stomachi in infantulis.

Medicus, simulque neruis, capiti, & vunctionibus prospiciat, atque suffitibus. Conspicis nuc, vt Vallesius suo heroico, aut plane diuino impulso satiatis medetur (à matronis ahito) ex qua valle atroces, feras, & venefica exclusit repilia, adeò vt ex senticosa, & horrida sylua, atque male olida, iucundum & florentissimum effecerit pomarium, illis omnibus qui satiantur, & crudit atibus multis scatent, vt possint in hac amoenissima valle spatiari, et plantas, quæ gratissimum odorem efflant, et effellere, ad dissipandas stomachi cruditates, de quibus omnibus ad vnguem tractabimus. Nō cōflopant igitur Pseudodoctoruli aliorum scripta, et ahito, vt diximus, esse iam credant, et vt omnia ex animi sententia euariant, iure optimo expedit textum iterum Vallef. exponerē, vbi ait: Accessunt Medici gregatim in tinctis manibus oleis vē trem subigunt (ex spica nardi et absynthio inunxerem) sit verò oleum spicatum confectum ex prima Mesuei intentione, probè stomachum reficit, non ex secunda, vt perperam et absurdè eius usum comprobat Velez, cui ferme nulla refocillandi facultas adest, si alterum attendas.

Subiges stomachum iterum, atque iterum cum prædictis oleis, vt oleorum facultas altius in abditas nostri corpusculi vias penetrare possit:

Sin mliq. qib. medica mul. med. 100
fit: quibus exactè constitutis properabis ad em-
plastrum, quæ deobstruunt, & moderate conco-
quent, ut sunt laxantia, quæ stomacho adaptan-
tur, pariformiter incident crassitatem & lento-
rem succorum, ex eorum classe unum empla-
strum multis modis consociatum hoc existit.

R Ecipe melissophylli, absinthij, pontici, mén-
sin hæzozymi, nicotiniane (dicitur Hispanicæ,
tabacum oīde quo mémoriam facit Monardes His-
panensis lib. de ijs, quæ ex India asportantur,
scribit ibi, quod auta, & mulieres tam in fastidi-
tis puerulis, quam in natu grandioribus ventrē
subigunt oleo lucernæ, & stomacho applicat,
cum cinere calido, eius verba ista sunt: *Las muje-
res en las Indias, en los niños, en muchachos mayores,
para el harto, ponen las hojas de tabaco calientes con ce-
niza en el estomago, y detran, y les haze hazer camara.*
Verba nostra idiomate posui, propter ceruico-
los qui irritum solvuntur, cūde ahito exaudiūt:
taceant, obsecro, siquidem apud Indos & Hispa-
lenses ita satietas vocatur) apij, fœniculi, borra-
ginis cuiuslibet in semis, roscarum rub. p. i. ce-
pæ assatæ, corticum citri, camusij cuiuslibet vn-
ci. semis. foliorum ulmi, p. i. semis. farinæ triti-
ci vne. ij. vt ars docet, decoquito in vino albo,
& aceto, postmodum vehementer pista, & per-
feta.

Defatigatio Stomachi in infantulis.

setateū extrahe, deinde adde butyri vnc. i. sem.
axunxiæ porcinæ salitæ vnc. ij. puluerum garro
philorum, casis lignæ, ana. vnc. ij. olei Matthio.
Senensis vnc. i. semis. cum oleis spicæ nardi, ab
synthij, & menthæ, vniuantur, et, vt ars instituit,
fiat emplastrum.

Huius in lanctantibus in stomacho, & retro
appones vnc. ij. sem. pro pueris vj. pro natu ma
ioribus, xij. sem. fricabis prius vetriculū oleis
spicæ nardi, absynthij, & menthæ, vt diximus,
deinde extende in lintheo, ettepidum prædictis
partibus adapta, quod persistere debet per spa
tium tredecim horarum: quo tempore stoma
chus iam corroboratus erit, et manè promp
tior eueniet vomitus, si parum euomuerint, cly
sterem recipient, et quæ infà dicuntur, agant:
etsi satis doctè esse ahito est declaratum, non e
rit extra limitem alios aduocare nominatissi
mos Medicos, qui huic rationi patrocentur.
Fragosus in antidotario sic loquitur, cap. de o
leo viclarum.

REcipe foliorum malua. coctarum, pulpæ, cas
sis fistulæ, et farinæ tritici singula. parum, et
postquam pistaueris, pone in stomacho, et re
tro ad satietatem stomachi magni est mometi,
quo

quo etiam in loco refert Fragos. ex authoritate Plinij, vermes villoſi, qui in rubo reperiuntur, si in collo ponantur, alimentum, si in stomacho congelatum est, aufert. Idem ait Doctor Carta gena lib. de fascinatione, ut ait Fragos. tandem verissimum est, quod in omnibus reperitur satietas, id est, cruditas, id est, ahito.

Supereſt nunc aliam admirandam, & præclaram controuersiam diſcutere, & manifestam facere, quam de oleo spicato promisimus nos esse exposituros. Veteres, qui de omnibus singulariter diſputarunt, contestati ſunt, oleum illud eſſe, quod ex fructu, aut ſemine, nulla re alia admixta extrahitur per ſe vnguentum ſi, aliqua varia simplicia permisceantur, & odorata fuerint. Hanc celebrem et generofam doctrinā confessus eſt, & lapide demonstrauit Galen. lib. de facul. simplic. medicam. 2. cap. 27. vbi ait: Præſtiterit fortassis iſpis etiam nominibus ea diſtinguere, quod veteres feciſſe conſtat, oleū roſateum nominare aſſoleant, quod abſque odo- ramentis compositum eſt: quod autem horum aliquid inditum fuerit, vnguentum cognomi- natur: item lib. 6. eiusdem voluminis, cap. de oleo iam liceat cognoscere de alijs olei generi- bus, quæ æquiuocè iſpis dicuntur vnguentis, puta roſato, melino, liliaceo, & quæcumque

De satietate stomachi in infantulis.

id genus floribus fructibus in oleo maceratis conficiuntur, horum quodque vbi vnā cum aromatibus præparantur, vnguentum efficitur: restè ergo, & appositi olea antiquorum odorata vnguenta vocitantur. Ex his cognoscimus probè dictum fuisse illud Matthæi in passione Domini nostri Iesu Christi: Cùm esset Iesus Bethaniæ, in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguentum spicati nardi pretiosi, & fracto alabastro perfudit super caput eius. Ex dictis cognoscere iam licet, quām nimis procaciter quidam contendunt, vnguentū ex alabastro esse illud, de quo disputat Iacobus Manlius in suo antidotario, & lib. de vulnerib. cap. 14. Bertapalia: quippe hi ad rigores febrium, & dolores renum applicant, & in vng.alabast. non ponūt, sed sic appellarunt, quia in vase ex alabast. nitè à putredinis vitio vendicatur compositio, propter eius magnam densitatem, & frigiditatem, ut testatur Cronius Amburgius lib. de composit.pharmac. nono, dum de vnguento ex alabast. dissertat, nuncupatur alabast. ex censura Plinij lib. 36. cap. 8. Quia propter lœuorē haud facile manibus comprehendendi potest: & quod densa esse debeant vas, in quibus medicamenta obseruantur, præsertim odorata, liquet ex Diosc. in prias;

principio lib. ex re herbaria, vbi vasa densa et non rara commendat: rectius tamen & aptius inter omnes medicinæ cultores commendauit Hippocrates lib. epistolarum, epistol. ad Crateuam, vbi curiosè ponit conseruationem omnium tam medicamentorum, quam herbarum hac verborum serie: Omnia medicamenta, quæ succi, aut liquoris sunt fluidi, in vitreis vasis fermentur, quæ verò flores, aut folia sunt, aut radices, in fistilibus nouis probè obturatis, ut ne vestis perflata, medicamenti vigorem, veluti in animi deliquium collapsa amittant. Qui plura de vasis fistilibus desiderat scire, legat epistolam Langij.

THEOREMA V.

Ostendit, quid sit administrandum in infantibus, pueris, ¶ reliquis, qui et si deglutire possunt, propter pertinaciam à deuoratione abstinent.

Currenti calamo opelula de cauterijs, & pestiferis tonsillarum ulceribus, Theor. 15. si nihil, aut parum deuorare ægrotantes possent, quid esset factitandum pro viribus protelauimus, nunc verò se offert aliam nimis

De satiestate stomachi in infantulis.

gratam discutere quæstiunculam, quæ hunc tenorem obseruat (et vide Theor. 3.) quid sit agendum in medela infantorum, etiam & reliquorum, in quorum academia multi reperiuntur, ita pertinaces, atque proterui, ut et si deuorare possint, nolunt: non ergo aptius & potius, sed fortunatius extiterit, aliam indagare viam, qua illis opitulemur, præfertim ubi satiati ex lacte materno & corrupto sint, quoniā asserit Diosc. lib. 6. cap. 26. neque illos vomere conuenit, si quidem concretum lac sese in gulæ angustias insinuans, strangulat (sunt autem qui ad lactandum duos seruant annos, ut ait Paulus lib. 1. capite 5. cuius farinæ fuit Oribasius de educatione pueri) quod ego facere consueui ad supradictas affectiones, neglectis alijs. Magno mehercule, & incredibili profectu, præcipue in ijs, qui potiores, & medicamenta respnuunt, exarabo, candidè illis subuenies, si postquam oleis spicatis, & absipothinis ventriculum inunxeris, & emplastrum quod à me est confectum, Theor. 4. antè & retrò tepidum cùm sit, adaptaueris, vel quod ex Frago fuit commendatum, vel hoc, quod sequitur ex Ludouico Mercat. lib. de internis morbis, 1. cap. de epilepsia de cruditate ex lacte tractas. Recipe lampacij maioris folia frixa butyro, & oleo sesamino, vel decocta,

& pi-

*G*inreliq. quib. med. mulier. med. I 103
& pistata cum eode in butyro, aut axunxi a pof-
ci, quibus recte crassi, pituitosi, & crudi facci co-
stio adquiritur, deinde clyster, vel glans injici-
tur, quod si ijs ritè constitutis, atque factis à la-
ete in stomacho congelato puerulus non libe-
retur, doctus euades, si illico ut vēniculus cori-
roboretur, per interualla infantulus sumat, si
voluerit accipere, ferapij de corticibus citri,
vnc. j. mellis rosa. vnc. semif. lapid. bezahar.
gran. j. theriaces Andromachi senioris, drac. v.
misce, altero verò die propinabis, zulapij è plu-
ribus infusi. rosarum persicarum vnc. j. semif. la-
pid. bezah. gran. j. misce.

Si scire concupiscis, quæ sit ratio propter
quamtheriaca commiscetur, siquidem à Gale.
lib. de theriaca ad Pisonem, si vetus est, vetita
est in sumptione infantorum. Doctor Carta-
gena lib. de fascinatione ait: quod recte in par-
ua quantitate propinatur: consulit etiam Ludo-
uicus Mercatus lib. sup. allegato, & etiam con-
cedit theriacam smaragdorum. Huic tamen nō
subscribo, siquidem ex gemmis veris & perfe-
ctis non concinnatur, quod si ex legitimis fue-
rit, in quibus summa corroborandi vis pollet,
ut Theor. 21. probabimus, recte actum esset.
Sed cùm ex vitreis & ex alijs adulterinis lapi-
dibus, non sūt sicut in gyas statim agnoscuntur.

501 Desatietat. Stomach. in infantulis.

dibus,theria.smarag.componatur , ab ea ca-
uendum.

Præterea non absque ratione rogabis,quam-
obrem in medicamentis aluum soluentibus la-
pidem bezahar.commiscemus. Faberrimè hāc
item diluit Doctor Monar.Hispalensis , de eo
desserens ibi,vbi de rebus Indicis tractat , pro-
prio ca. ait :Pulchrum est lapi.bezah.in medica-
mentis purgantibus admiscere ; nam cùm be-
zoardicum sit pharmacum ad se cor attrahit,
quo instauratur,& saluberrima consequitur al-
ui solutio:præterea si totaliter salus denegue-
tur in infantulis,ita vt quæ scripta sunt,nullius
frugis extiterunt, prouidè & insigniter fit, si do-
nec cruditas dometur,& expulsetur, epompha-
lia vmbilico applicaueris,quæ clementer & be-
nignè aluum exoluant, vt hac verborum serie
cōmendat Ludouicus Mercat.lib. de indatio-
nibus,differens de minoratiua expurgatione,in
quit sic:Cūm puer ob metum non deuorat me-
dicamentum,aut inscitiam;aut retinere non va-
let ob ventris perturbationem,aut ob aliam cau-
sam,vmbilico adaptâ hoc vnguentum. Accipe
mercurialis, butyri an.paru m,terito cum oleo
amygdalino.In natutamen grandioribus aloës,
falis,veratri drac.ij,terito cum felle bubulino,
quod si nihilominus satietas vigeat,it a vt non
omnino

omnino expulsa sit, complacet mihi plurimum construere pomum, quod ex paucō ladano sit cōpositum, aloes vnc. j. fac pomum, & inter manus puerulus donec calefacat (vel alter) conficit, & naribus frequenter adiungat.

In natu tamen grandioribus, & ferotioribus si facta non intulerunt salutem, appositiē dispensabis, si cruditas semper latitat, si pomum hac arte conficias. Recipe aloës, mirrhæ, scammonij singulorum drac. semis. triturentur, & cum succo coriandri fiat pomū, quod inter manus cōfricitur, quo usque incalescat: est enim, vt inquit Rhaf. secretum maximum: & comprobatur in suo volumine Ludo Mercat. est enim huiusmodi pomis vis medica insignis, nam horum odor, & vapor celeriter aluum soluere facit.

Vsui & curationi infantulorum pharmacū egregium & saluberrimū esse iudico, si etiam olfacere facias zulapium ex pluribus infusion. farum persicarum, Sic demonstrat actitasse luminaribus suis Alphonsum Phōtecām, & quādam illustrem & sedulam mulierem septies aluum soluisse: quam praeclarā sententiam arbitratus aliquando sum, de promptā esse ex Antonio Musa Bras. qui dixit. Tractabā & ego colo cynthidam, vxore & sorore præsentibus, ego ex solo factu, ille ex odore alius est nimis purata.

De satisitate stomachi in infantulis.

gata. Addendum tamen nunc restat, quod si rusticus cruditatibus scaturiat, & accommodatis simum etiam est olfacere (si, ut diximus, alia non prosunt) serapium solutinum, cui addere expeditissimum est univ nciæ drac. sem. scammonij cum granis duobus lapid. bezah. tatumdem cōfectionis hyacintho, dissoluto. deinde parum spongiæ ponatur, & naribus adhæreat.

Prætereundum non est, ut exactam medelā conscribamus pro satiatis, si mater, quæ infantulum lactat, cruditate scateat, quid est actitandum, ut lac probum syncerumque sit, ne vitiosum corruptumque propinetur, & ægrotare faciat infantulum, aliam tunc exquirere docet nutricem florentem, & quæ sit corporis inculpati, ut probè consulit Galen. lib. sanitatis tuæ, quod si fieri non queat, postquam puerulum manæ lactauerit, sumat, & deuoret vomitorium, quod 3. Theoremate à me consultum est: sit tamen ex prima classe, deinde clysterem accipiat, idem eris aggressus in his, qui sedentariâ vitam agunt, quod si ægrotantes ab angoribus & symptomatibus liberi non sint, nec à repletione mandram sy. soluti. aut cassiam fistulam deuorent, quam (nota) non cognoverunt Graci antiqui: antiquos ego voco, Hippoc. Galen. Oribas. AEginetam Paulum: Auicennas autē,

totaque Arabum Academia illa vni sunt. Accusandus nunc a me venit Ioannes cognomento Alphonsus Phonteca, qui in suis lumina. ait de casia fistula. Arabum ad purgandum memoriam fecisse Gracos, nam et si nigram conscriperunt, de quadam specie casiae lignearae lectio intelligenda est.

Dete standa, & prorsus abominanda deinde est assertio illorum, qui pro purgandis infantibus lac propinantr matri ex capris, quæ elaterium manducant. Textum autem Hippocrat. afferunt ex 6. epidem. sect. 6. tex 34. qui sic se habet: Mulier, capra, elaterium, aut cucumerem sylvestrem comedentes, pueris purgatio. Et sub hoc textu intelligunt alias venenosas herbas, nempe thitimalos, cyclaminum, cathartidem: consultius, & elegantius semper esse credidi, ad alia benigniora, & clementiora pharmaca configere, de quibus exactam memoriam habuit Hippocrat. ut scitissime scripsit lib. de natura humana, ubi tenet, in purgationibus mercuriale edat ante cibos, & cibis mollissimis vtatur: & lib. 6. de morb. popular. in historia filij Zeolidis, sexto die alui egestio a mercuriali: & etiam in historia Andreæ, sexta a mercuriali egisse probè aluum: huius census plurima alia pharmaca cognita fuere ab antiquis.

De satieta^e stomachi in infantulis.
tiquis, generosa & clementia, ad aluum soluen-
dā, vt lac asinīnū, malua, carthamus, myxa, cy-
nocrambe, matricaria, atriplex, beta, blitum,
allium, brasica semicocta, rumex, butyrum, se-
men cornicularis, & spumei papaue. resina pi-
ni, laricis, therebentina, vrtica, sesamoides ma-
ius, & minus, caspi alypum, corticis radicis cap-
parris, sambucus, ebulus, lactuca sylvestris,
paucedani radix, androfenum, filicis fœminæ
folia, peponis, & cucumeris radix, staphisa-
gia. Hæc paucula ad aluum clementer soluen-
dam hic ab authoribus transtuli, nam plura hic
ponere longum quippe esset, & garruli potius,
aut cuiusdam hominis otiosi, quām studiosi:
itaque peritissimos, & amplissimos Medicos
admoneo, & consulo, vt à malignis & effrena-
tis plantis caueant: ergo prædictas cognoverūt
benè veteres, & commendarunt.

THEOREMA VI.

Vbi exponitur, quid sit elaterium, & quare um-
bilico medicamenta adaptantur.

Indostorum cæca hominum turba, stoli-
dorūque insania, eos homines aberrare cō-
tendunt, qui non in eadem criminum senti-
elupis Dap,

na, luto, ac cœno reuoluuntur, hinc hominum detractio, inuidia, ac ira, & calumnia aduersus eos, qui veritati suffragantur: sed quomodo libet res se habeat, mihi licet et plurimum arri- det, studiosè veritati incumbere, et quid sit elaterium in propatulo reddere, de quo aliquid diximus iuxta sententiam Hippoc. in lib. 6. epi dem. in cuius commento insulse legitur apud Vallesium, elaterium esse succum cucumeris asinini, sed ut probabo, ei subscribere vanum est: nam elaterium, Dioscoride teste lib. 4. cap.

144. ex fructu cucumeris extruditur, non ex folijs, ait sic: Humor ex fructu cucumeris asinini in pelu ponitur, ibique agitatur, et lintheo opertus Soli exponitur, dumque extiterit tota supernata aqua, id elaterium vocatur. Ibi plu- rima leges, et ibi reperies elaterium et succum cucumeris diuersam esse rem, de quibus distin- cter disputauit Hippoc. et Gal. lib. 8. simplic. et Diosc. observans veram et genuinam distin- ctionem inter elaterium et foliorum succum, lib. 6. cap. 38. ait: elaterium venenosum est, quod succo non tribuit. De cetero quod medi- camenta, quæ vmbilico applicantur ad exone randam aluum, si reliqua contemnunt, proficia sunt (ut Theor. 5. vidisti) liquet hac ratione. Vmbilicus componitur ex vena vmbilicari, &

De satiestate stomachi in infantulis,
duabus arterijs, quæ virtutem habeant attrahendam res ad intra, quæ ibi apponuntur (de quibus suprà est facta mentio Theor. 5.) tunc solutio veritatis fit, & non solum partes illæ attrahunt, sed etiam caro pollet virtute attrahendi, ut liquet ex Galeno libro de locis affectis, quod spuma rabidi canis si adiungatur carni, eisdem accidentibus vexabitur, ac si quis à cane rabido esset commorsus. Item explicat Matthiol. super 6. Dioscor. quod sputum aspidis cognomento ptyas, omnes veneno inficit, quos attingit; & minus non esse debet, nam venena adeò fæua sunt, et arte conflata, et pertinaci vi prædicta à perfidis hominibus, ut illitis solarum pediferis insefforum ocreas penetrant, donec ad nundas pedis plantas penetrent, et per cutis spiracula ingressa in corpus vniuersa membra absument. Etiam attractio apparet inunctionibus morbi Gallici: nam arteriæ cum dilatantur, attrahunt ex Galen. lib. 3. simplic. apud Cels. positè epomphalia umbilico apponuntur.

(.2.)

THEO

THEOREMA VII.

An mulier artem medicam exercere possit?

Vide Theor. 2.

Cum sit farrago hæc mea opelula, hoc est tractatio rerum multarum, nihil mea interest, diuersas propositiones discutere. Laudibus profecto offerendæ ad astra fœminæ sunt, siquidem non solum peritissimi Medici, sed etiam Iurisconsulti medicinæ posse incumbere ingenuè fatentur, & diuulgant, ergo quæ sagitor, officiosiorque fuerit, poterit absque formidine satiatis (ut probabo) mederi, & ut certa & vera enucleamus, liquet ex lege ultima. §. ne autem, versiculo: Sint autem notarij, C. de con. Rosa. in indice, veri. Medica potest esse mulier, tit. in lege post principum. Quia in re consona est Galeni opinio lib. de compositio. pharma. secun. loc. vbi scribit aquam Cornelij, & Elephantiæ emplastrū: cui subscribit Homerus Medicus & Chirurgus, lib. 5. Illiados, in bello Troiano, Latona(ait) & Diana medicatæ sunt Aeneam ex vulnere, quod à Diomede fuit inflatum, & Diuus Plato lib. de Repub, sicut vi-

De satieta^te stomachi in infantulis.

ros mulieres aptas ad medicinam assignant: & iterum Galen. 4. de comp. phar. loc. medieamē tum ex cygno scribit à Regina factum. Hippo. præterea authore est, Hygiam, ac Panacem A Eſ culapij filias, medicas fuisse, in principio sui operis: quam exaggeratam sententiam Andromachus venerandus senex in fine Theriaces testatus est, & Gal. 2. de locis affectis cap. 5. mulierem medicam vocat: & Martial. mulierē quoque medicam vocat, vbiait:

*Vlcus habet, quod habere vult, sua quisq^{ue} puella,
Quod sanare Crito, non tamen Hygia potest.*

Contestatur præterea Tiraquelus lib. de nobilitate Medicor. Cilibela illa Romana, quæ Magna Mater fuit vocata, remedia morbis pueroru^m inuenit. Liquet item medicas fuisse mulieres ex doctrina Diodori, de antiquorum gestis, qui scitissimè scripsit, Hecatam fœminam in componendis, & exhibendis medicamentis curiosam fuisse, cuius rei fidelissimi sunt testes, Liuius lib. 8. & Valer. Maximus lib. 2. qua in re habuisse veniam medendi explicat Arthemisiam et Isidem, et quod Matronæ Romanæ venenum instruxerunt, et eo fuisse vsæ, liquet ex Tito Liuio decad. 1. lib. 8. ibidem ait; Cum Roma peste esset correpta, nec medendi rationem inuenissent, famula cuiusdam Matronæ properat ad

Quin-

Quintum Fabium, quem est alloqua, et ambo
in domum sunt profecti cuiusdam Matronæ, et
miseram inuenerunt Matronam venenum pa-
rantem, et eo vtebatur, quo ipsa et aliae Roma-
næ maritos interficiebant, pugnitis ijs à Roma
pestis euasit: inuentasse venenum, et eo fuisse
vsæ, Ausonius Medicus et Poeta sic scribit, et
ostendit.

Toxica zelotypo dedit uxori Mecha marito.

Nec satis ad mortem credidit esse datum.

Miscuit argenti lethalia pharmaca Medæ

Cogeret, ut celerem bis geminata necem.

Ergo inter se dum sumpta pocula iuuant.

Cessit lethalis noxa salutifera.

Quam pia cura Deum, prodest crudelior uxori.

Et cum fata volunt, bina venena iuuant.

Et quod fœminæ morbis mederi valeant, dum-
modo non sit multum imperitæ, nec idiotæ, li-
quet per Hippoc. lib. præceptionum, sic ibi ait:
Non tamen cunctandum est, ab idiotis & impe-
ritis, si quid conferre visum fuerit ad curatio-
nis occasionem, posse item curare mulierem.
Nota ista elegantissima verba, quæ adijciam,
& per Apollinem iuro, rem non modò facilem,
sed admirandam, grauem & scitu dignissimam,
quam ex lib. Reuerendissimi Cardinalis fratriis
Francisci Ximenez deduximus, cap. 16. de vi-
ta & factis.

Cum

Desatietate & omachi in infantulis.

Cum Christianissimus, pariter & Reuerendissimus Cardinalis, Toletanus Archiepiscopus, Granatensem ciuitatem esset profectus, tempore quo perfidi Mauritani in sua prava secta vigebat, ibique morbis infestaretur, in hec dicā febrem migravit, & cum multis & aīs lucubrationibus nominatisimi & amplissimi Medicis syluam medicamentorum satis copiam administrarent, atque nullam sensisset uti litatem, sed in dies in peius abiret, quādam eo tempore occurrit Mauritana, quam ad nostrā sanctam Religionem adduxerat, & genibus flexis humiliter deprecata est Monachos, qui in custodia Cardinalis erant, ut nescientibus Medicis, permittant, ut secum afferat Mauritananam medicam satis expertam, & sagacem, cuius rationibus suffragātur, et annunt, illustrissimum et reuerendissimum Cardinalem est allocta, et ut valeret, et quo morbo cruciaretur, interrogat respondit se esse apprehensum febre continua, multis ergo ultrò citrōque verbis habitis, protinus salutem promisit, et iupitis moris omnibus, diligentē curam impedit simplicia varia, multa et maximē existimatio- nis ab omnibus terre angulis exquirere, item omni studio compositiones pretiosae maximi ponderis et momenti, quibus sumptitatis, atq; ad-

administratis, æger in pristinū & antiquum nitorem, maximo Reipublicæ applausu reductus est: qui huius historiæ finem, & notatu digna, cognoscere & percipere voluerit, legat auctorem.

THEOREMA VIII.

Quod curatio per fæminas pulchras, & non per vetulas fieri debet, præcipue in infantulis, & de earum vestitu.

Quod annosæ mulieres ad medendum non sunt admittendæ, sed potius ultra Sauromatas propulsandæ, ex ijs quæ sequuntur luce meridiana clarius apparet: nam ab eis eousque prodidic scotor, ut ab omnibus male suscipiatur, ab illis ergo tanquam à quadam Memphiti sentina fugiendum est, faciem item retinent nigerrimo hoc quo meæ literæ exarantur nigriore, & præterquam quod multis sunt annis consopitæ, in eis semper adest urinæ ardor, & lipitudo, & spirandi difficultas, visique abundantia, adest etiam faciei rubor, genæ pendulae, oculi vixenibus pleni, à quibus propter te-

De satietate stomachi in infantulis.

meritatem infantorum & puerorum abstinentiam est, ne inficiantur & contagiosi reddantur: quapropter sint foeminae pulchrae, hilares, iuuenctae, & bonis moribus imbutae, ament & sectentur Hippocratis doctrinam, quam docet lib. de decenti ornatu, Medicus, aut medicæ, placide, expeditè & alacriter ægrotum consoletur, modestus in loquela, nam quæ cum garrulitate sit (Hippocrat. lib. prædictionū) & poëtica ostentatione fallax est. Sint deinde medicæ mulieres quemadmodum & Medici, in vestimentis moderatae; de quibus omnibus Seneca ad Lucillum sic sensit: Te admoneo, ut in habitu tuo, aut genere vitæ non multum notabilis sis, ita ut non splendeat toga, nec sordida sit. Et Plutarchus apud Anton. Monachum lib. 1. meli. cap. 36. Neque nimis sordidus, neque nimis sumptuosus in vestitu sis. Fabius lib. 2. cap. 30. Orator in omnibus sit splendidus, non toga, aut capillus, aut calceus, nimia cura afficiantur: itē lib. 1. de genere dicendi: Nec crassa toga sit, nec serica, non tonsum caput, nec anuli. Denique foemina medica faceta, elegans, & pulchra sit. Pulchritudinis autem mensuram appositiè & congruè depinxit Gil. lib. 5. de placitis Hippocratis & Plato. c. 7: pulchritudo nihil aliud est, quam optima membrorum connexio. Quapropter

Sin reliq. quib. med. mulier. med. 110
pter taxandæ, & vituperandæ fœmininæ sunt,
quæ ad formositatem nullum perdunt tempus,
pro dealbandis faciebus, et eas multis pigmen-
tis dehonestant, ut cerusa, argento viuo, et su-
blimato, quibus facies corrugatur, et pedor
per os spirat, dentesque tremuli, nigri, et lan-
guidi ad masticandum redduntur: nunc non
Theor. sit assertio.

THEOREMA IX.

*In eo disputatur, quod pater, mater, & fra-
tres, & Medici naturales, aptius sunt
vocandi, quam alia hominum
turba.*

Authoritas medicinæ, eiusque benignitas
postulat, ut perfectam medendi metho-
dum nanciscamur, quā semper præ ocul-
lis habemus, et omnia ritè, et ex animi senten-
tia eueniant, quod ad profligādos morbos, Me-
dici naturales cæteris vigilanter anteponan-
tur, siquidem maiori cum charitate, cura, et stu-
dio, suis morbiticis affectionibus, et importu-
nis petitionibus, quam alienigeni præsidia pra-
stabunt, ut satis Atticè Plato lib. 3. de Republi-

De satietate. stomach. in infantulis.

ca explicuit, sunt eius præclaraverba hæc: O So-
crates, bonos in Republica Medicos habere nō
conuenit? essent (respondit) certè maximè ta-
les, si cum plurimis sanis, & ægrotantibus es-
sent conuersati; qui tunc præstantissimi euade-
rent. Quod Theorema confirmatur etiam per
Celsum in proemiali, ubi aperte aliter, quod
Medicus cognitus incognito præstantior est.
Sed quis, obsecro, notior existet, quam qui à te-
neris vnguiculis cum suis vicinis & compa-
triotis, singulis momentis, & horis frequentes
sermones habuit? & cum syncera & clara vo-
luntate, quæ in intimo corde recondita exte-
tere, proferat? Et quod primatum in omnibus
Medici naturales obtineant, docet Diuus Paul-
us ad Corinth. sic: Qui enim suorum & maximè
domesticorum curam non habet, is fidem ab-
negauit, & infideli est deterior. Et quod elegas,
et insignis amicitia inter eos esse magis quam
cum alijs debeat, liquet per Nasonem, cum ad
Rufinum scripsit: Patria cuique grata, charissi-
ma, amabilis atque dulcis: et quidam dixit:

*Est amor patriæ ratione valentior omni,
Nescio qua natali solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non finit esse suis.*

Quibus subscriptit Euripides in Phenicijs: Pa-
tria, ut decet, charissima, neque exprimere
pos-

possim, quam chara: & Homer. lib. 9. Illiad. peculiari epiteto vocat patriam dilectam. Quæ omnia si ratione patriæ sunt amplectenda, & pretiosè amanda, quanto melius & delectabilius pater cum filio, & filius cum patre, matre, sorore & auunculo, quæ à Medico pro abigen-
dis morbis di cuntur, efficiuntur, ut salus recu-
peretur, siquidem inter eos cognata, solida, &
amantino connexa viget benevolentia, exardest
citque perfectus amor, vt docet Galenus lib. 5.
epidemiarum: Quos enim voluntarie inspexe-
rint ægrotantes Medicos, ijs maximè fidunt.
Hac itaque ratione, tum pater, tum mater, fi-
lio appetentia carente persuaserunt, & eodem
modo filius patri, matri & sorori, cognito item
& auunculo: quos verò inuoluntarie viderint,
etiam si de conferentibus moneant, & persua-
deant, non obsequntur. Magna igitur diligen-
tia inter Medicum cognitum & naturalem esse
debet, & vt eruditius cognoscatur, suadet Hip-
pocr. lib. de decenti ornatu, conuenire, vt Medi-
cus communitatem quandam habeat cū ægrotan-
te: requiro autem nunc, quæ magis compu-
nitas quam quæ inter Medicos naturales & æ-
grotos esse potest? Docta profectò est Hippoc.
censura, quā tradit lib. prædictionū, quæ enim
inter homines omnes inclyta sunt, conseruan-
tur,

De satiety stomachi in infantulis.

tur, & qui per ipsa procedunt, à parentibus, liberis, & amicis sunt celebres. Rectissimè protulit Aristot. Plus valet confidentia in Medicum naturalem, quam qui ex exteris nationibus cum omnibus suis asportantur Medici instrumentis. Quantum autem meo commodo de ijs omnibus differuerim, aut etiam aliorū vtilitati, non est quod multa referam, aut tradam, sed quia ad ablactandum puerulum primatum matrem obtinere omnibus in confessio est, audiant prudentes nunc; & postea dasbitur longior scribendi facultas.

THEOREMA X.

Ventilat, quantum præstet lac nutricum, ita ut maior concilietur amor inter eam, & infantulum, quam inter matrem, & eum, licet præstantius lac bonus sit.

Ivre optimo inter alia genera fœminarum, lac maternum pro ablactandis infatulis extollitur, sed interdu accidit, quod ex ablatactione nutricis infas pulchrior & gratiolor redatur, maiorque benevolentia sit connexa, præ-

præstantiorque amor inter nutricem spuriam,
 & nouam matrem, quam inter puerulum & ge-
 nuinam, legitimamque matrem. Quam cele-
 brem historiam recitat Andreas Tiraquelus,
 lib. de nobilitate, & iure primogenitorum, cap.
 1. in 2. editione, 3. partis, ex testimonio Iunij
 Rustici, quam historiam ita conscribit: Cum à
 bello redderet miles quidam, spolijs onustus,
 mater & nutrix obuiam fuere, matri anulum
 argenti dedit, nutricitorquem aureum; & cū
 mater conquereretur, dixit: Desine queri, tu
 nouem mensibus tulisti me in utero, hæc duo-
 bus annis me ablactauit; si quid decoris in orbe
 habeo, ei debeo, quæ me eo produxit, ut viue-
 rem: & ob voluntatem, quam in me educando
 capiebat, me ablactauit, tu ex voluptate me cō-
 cepisti, quam ex alio accepisti: quot ex te ha-
 beo, corpus est, & minimè honesta ratione da-
 tum, cum infans essem ex utero prolatus, conti-
 nuò me à tuo consortio & oculis tuis relegasti,
 hæc verò vlnis blandis exceptit. Hactenus Iu-
 nius Rusticus.

Conducibile & præstantissimum consiliū
 existit, ne amor filij in nutricem transeat, ut
 mater filium suum ablactet. Quod testimo-
 nium plurimum arridet Plutarchus lib. de edu-
 candis filijs, quoniam maiori cum charitate,

& di-

De satieta^te stomachi in infantulis.

& diligentia nutrientur, & amabuntur, victus
namque & sodalitum quoddam benevolentiae,
& amoris vinculum est. Idem ait Galen.
lib. sanitatis tuendae 10. & etiam liquet per Lu-
dou. Merc. lib. de puerper. & nutricum affect.
cap. 4. et si lac omnibus dotis in nutrice sit cō-
positum, longè melius existimatur lac matris:
& esse verissimum patet ex Cicer. pro Deie^cto-
rio in Catonem orat. prima: Dedecri esse
debet, vel Reginæ, cūm in ventre nouem men-
sibus nutriuerit infantulum, si non lactauerit
infantulū mater. Cuius suffragij fuit Homer.
Illiad. 22. dum de Hecuba disputat, quæ nuda-
ta vberibus Hectorem filium suum alloqui-
tur, quem ipsa abla^cauerat. Itaque et si prædi-
cta certam fidem faciant, non erit extra rem
testimonia afferre ex sacris literis: Anna san-
ctissima Helcanæ vxor, Samuelem filium
suum vberibus aluit, vt ex lib. Iudicum 1. pa-
tet, & etiam ex Sara, ait autem: Quis annūtiet
Abrahæ, quoniam lactet filium suum Sara, &c.
Exameron cap. 8. incessit famelas, quoniam
cūm ditiones sunt, lactare filios fastidiant: ita-
que si hæc & alia longius enodarentur, quibus
abūde scatent volumina, quando exitum inue-
nit oratio? scopumque tangemus?

THEOREMA XI.

*Quid faciendum si morboſa ſit mater, & que
nutrix ſit eligenda; & quale lac
bonum ſit.*

VT accuratissimè examinentur, quæ di-
ximus, & futura contemplētur, magna
cura quærenda eſt, vt mater non ſit mor-
boſa, nec nutrix, vt chariſſimo filio alimentū
gratum präſtare poſſit, quo vires refocillen-
tur. Erunt autem tales, vt refert Galen. lib. 3.
artis med. c. ſi ſint fortes, & robustiſſimi colli,
pectorosæ, muſculosæ, duræ ac multæ carniſ,
mammæ ſolidæ ac firme, quæ plurimum lac
habeat. Præterea, vt probum lac propincent,
amandæ, quæ nouem mensibus gestauit vterū,
quæ ſeptem mensibus aut fœtum corrumpit,
non probatur, vt conſtat ex Ludouico Merca-
to lib. de puerarum, & nutricum affectio-
nibus 4. n. c laudatur foemina, quæ intra ſepti-
mū, vel octauū mensem peperit, nec quæ intra
quintū mensem. Cuius admirandam & notatu-
dignam historiam affert Ioannes Alphonsus
Phonteca, luminare 2. cap. de partu, is ergo co-
firmat, ſe vidile in florentiſſima Academia

De satietate Stomachi in infantulis.

Complutensi, quæ apud omnes gentes primas tenet, fœminam, quæ peperit filium post quintum mensem à conceptu: & quia memorabilis est historia, referā propria, legitima, et ipsissima eius verba: Nobilis vxor Ferdinandi de Arias quinto mense à conceptu peperit infantem magnitudine valdè paruum, neque in septimum mensem lac suggit, neque recepit, nisi per calatum lac, neque quidquam aliud alimenti, sed sic lateribus applicatis calidis, & lana vixit, & viuit, & hodie in Religione beati Bernardi Monachus est, quod fuit certum donec materia septimo mense fuit concocta, nec cibum ore assumpsit.

Cui fides est adhibenda, nam ad eum obeūdum est, quo riefcunque ex confusissimo chao, vasto & turbulentio pelago intantorum discrimine hæsitantes, ac cōsiliij inopes, veritas in arte medica & philosophica sit amanda, & cognoscenda: huic igitur eruditorum iudicium palmarum tribuere cogit, nam quanta authoritas, quam eximia, & incredibilis doctrina sit ei tradenda, alij prorsus & exactius iudicabūt. Cauendum ergo velati à Syrenarum cantu, nō tantum modo ab ijs, sed ab alijs nutricibus, quæ præterquam quod habitum inculpatum habere debeat, etatem congruam & perfectam

ad

ad ablactandum fertiantur, quam hac verborum serie metitur Ludouid. Mercat. lib. 4. de nutricum & puer. affection. Nutrix vigesimum quintum, aut trigesimum quintum aetatis suae compleat annos, si masculum, aut foeminam peperit, nihil refert: Aetius tamen aliter sensit, tetra 1. ser. 4. dum ait: Nutrix eligenda est, neque iunior viginti annis, neque senior quadraginta, quae bis, aut ter peperit, & sit nutrix, quae ubera habeat moderata, non rugosa: magna enim ubera plus quam opus est lactis preparant, & hoc manes in ipsis corruptur, & infantem laedit, matrem grauat, atque satiat.

Veruntamen ne Medici nominatissimi hominum documenta sectentur, & una cæcutientesducantur in varios errorum labyrinthos, tradam testimonium verum & perfectum Oribasij ex lib. 5. synop. cap. 11. vbi distincter omnia, quæ ad nutrices conducunt, pro alendis re feci infantibus commendantur. Nutrix eligenda est nullo affecta morbo, quæ neque nimis iuuenis, neque nimium etate processerit, iunior sit quinque & viginti annorum, & vnde tringita, quæ vero grandior triginta & quinque annos sit nata: magnum est infantulis commodum, nutricem non multum antea peperisse, & maius si marem, manusque & humeros exer-

De satietate stomachi in infantulis,

ceat, idque molendo texendoque faciat, puerū
trimestrem, aut quadrimestrem vlnis gestet.
Ex dictis patet, quod lac masculinum antepo-
nit cæteris. Fœminæ lactates explodēdæ sunt,
si ex concubitu viri menses euéniant, quod si
dum lactat, menses moderate effluant in debi-
ta quantitate, & iuxta qualitatem temperiei
eius, & pro suo ordine & sanguinea sit, & men-
strua sana, pulchrè lac propinari potest: ad hęc
odoratum sit lac, et candidum, vt ait Galen.
lib. 1. sanit. tuendæ, c. 19. dulce, non tamē pers-
picuum, vt cætera alba, et fluidum, in quibus
aspicientium imagines apparent, vt in specu-
lo. Cuius rei rationem reddiderunt Aristot. 4.
metaph. & Plutarc. 4. simp. cap. 8. et statuētes
in lacte multum adesse terreum. Præscribitur
deinde lac singulare esse, si in pollicis vngue in-
stillatum, et in luce spectatum, inclinato vn-
gue, tardè nec citò effluat, vt testis est Oribas.
lib. suprà allegato, c. 3. sit deinde lac, vt ait Aë-
tius, tet. 1. ser. 4. cap. 5. gustantibus et olfaciē-
tibus iucundum, et videntibus album, & quale
inter spissitudinem et liquiditatem medium
habens. Sed cùm dicat Aristot. lib. 2. de histor.
anim. cap. 3. liuidum lac albo esse præstantius
manifeste Galen. Auicennæ, prædictoqué au-
thori refragatur, qui omnes authores album

*E*n reliq. quib. medica mul. med. 115
collaudant, tamen ait clarissimus Mercatus,
quod etsi cœli colorem præferat lac, non est
improbandum, sit autem nutrix rustica, et que
per multos dies eibis domesticis et urbanis sit
assueta, quibus mater vtebatur, ut simile ali-
mentum puerulo prodesse possit: ne quid ergo
quantum in me sit, prætereatur, superioribus
ad doctrinæ absolutionem, annexere aliqua o-
peræ pretium fore, arbitratus sum.

THEOREMA XII.

*N*ō conuenit tractat, quod mulier menstrua-
ta accedit ad curationem puerorum, neque
linthei eius uti, si prava sit
menstruatio.

Ne quis oculatissimus, prudensque Medi-
cus, & in philosophia versatus me esse
Aristarchum pronunciet, & in sanda-
lijs positum iudicet, quia latè demestratis mu-
lieribus non tractauerim, conuenientissimum
esse statui de mulieribus menstruosis, quid sen-
serint scriptores exponere, licet Theo. 11. ali-
qua explanauius. Menstrua mulierum perni-
ciosa esse liquet ex Solino lib. 28. cap. 7. ubi
ait:

De satietate stomachi in infantulis.

ait: Menstruosæ mulieres, pueros, & infantulos
halitus oris facile corrumpunt, & visu fascinat,
ita ut si laudent infantulum formosum, subito
moriatur. Ex cuius verbis colligitur, quod si
mater menstruata sit, ab ea cauendum est, nam
propter sympathiam altius, & tenius conta-
gium adhaeret, & suscipitur ab infantulis. Mé-
strua esse contagiosa & maligna probat Plin.
lib. 7. cap. 15. sunt eius verba haec: Vinum acesi-
cit & tactu sterilesunt fruges, et musti corrū-
puntur exuruntur, hortorum germina, acies
ferri pestringitur, et eboris nitor, apes moriū-
tur, et in rabiem canes excitantur; et quod con-
uersatio cum menstruosis sit detestanda, sen-
sit Concilia. dif. 64. canes, ait, in rabiem, si mé-
strua gustauerint, commouentur, et si quis de-
uoret, lunatici et amentes fiunt.

Et quod cane peius, et angue sit fugiendū
ab eorum lintheis sanguine menstruo infectis,
patet ex censoribus Chirurgis: sit primus in
hoc bello non contemnendus Andreas de Al-
cazar lib. de vulner. capit. 24. cap. Vidi adoles-
centulum rubi coloris et hilarem, menstruatæ
mulieris visu vulnus liuescere. Et refert Frago-
sus quæst. 110. ex sententia Lanfran. in tract. 2.
. doct. 3. cap. 6. si applicentur linthea sanguine
menstruo infecta, dolores adducunt, et inflam-
ma-

mationes exacerbantur, virtus colabescit, et tristantur omnes: sanè prædictæ sententiæ certissimæ sunt, et veræ, si menstrua foetida, corrupta et praua sint, et adsit in infantulo dispositiō ad suscipiēdū, sin minus falluntur: et hoc probatum est ex sententia Ludou. Mercat. Theor. 11. vbi vide; et quia omnia percurrere Medicus, ut ait Hippoc. lib. de fracturis, non potest, sophisticas dimittam calumnias, caui laque argumenta eorum, qui in suo luto inuoluti, auxilia in fastiditis, et in fascinatis aborent, et denegant: ad tredecimum Theorem. properemus.

T H E O R E M A XIII.

In quo taxantur mulierculæ. Et Medici præbentes infantalis. Et reliquis varia. Et affrenata pharmaca.

INOLUIT hisce nostris seculis pernicioſa præuaque consuetudo, ut vetulæ matulariæ, parabolani, et circulatori Medici, sine studio, sine cōſilio, sine opere, simplicē plebē decipiāt, et generofam nobilēque medicinā illotis manibus foedent; quæ turba licentioſa, fasta, multi ſolemniteritu varia medicamenta et confusa

De satietate Stomachi in infantulis.

fusa deletheriam facultatem habentia, tā per
os, quām extra administrent, eaque in omni-
bus morbis, sed præcipuē in satiatis, quibus te-
nerrimos pueros et infantulos, aliosque extor-
quent, et ad mortem inopinatam ducunt; ne-
que pertimescunt legem de sicarijs, et venefi-
cijs dig. 48. tex. 8. quæ ita sonat: Qui venenum
malum necandi hominis gratia fecerit, vendi-
derit, aut habuerit, plectatur: eiusdem legis pe-
na corripitur, qui in publicum mala medica-
menta vendiderit, vel hominis necandi causa
custodierit; nam ex Senatus authoritate sanc-
tum est, in exilium transmittendos esse, qui e-
tiam medicamenta tentandi gratiavenenata,
maligna, & venenosa concesserint. In eadem
classe collocātur, qui nihil acceperint, sed gra-
tia dederint tam nocua & venenosa medica-
mēta. O Rectores, o ministri Reipublicæ, si hu-
manitas aliqua in vos viget, excutite incanta-
trices & sycophantas matularias vetulas ex
florentissimis vestris locis; excutite diligen-
ter scarabeos, qui suis fictitijs fabulis, & mole-
stissimis susurris cuncta contaminant, hæcque
crudelis secta, atque dura temerè, & impruden-
ter vtitur, & lythargirum, atimonium, æs, stag-
num, cerusam propinat (O misera & nimis ad-
miranda & decurtata res) lethifera quippe
& non

et non parum formidanda metalla exhibent.

Ad hæc culpandæ sunt etiam fœminæ, accusandique viri, qui pro satiatis, alijsque affectiis, semina cataputiae maioris & minoris (glebes à barbaris) timeam, peplum, herbam sancti Quiteris, sanam nundam, laureolam, thitimalum, puluer. brioniæ, cucume. asin. sam buci, pauce daniique radices & alia factitia exhibent. Qua etiam in re increpandæ sunt mulierculæ, quæ pulueres vngulæ vaccæ crematæ tradunt, olei quantitatem, sapæ & olei in quo cepa est fricta, innumeraque alia insalubria, vanæ & perniciosa: quarum notare syluam, longus esset campus. Id est idem repudiandæ, & maximè sunt culpandæ mulierculæ, necnon chirurgi, quorum tam deprauatus & temerarius est usus, ut emplastra, vnguenta pro satiatis calida absque corroborantibus construunt (quæ sint, & ex quibus fieri debeat, vide Theor. 3. & 4. suprà) quæ potius stomachum exulcerant & vellicant, quam ipsum instaurent, sunt autem illius census, harmel, idest, garmarça, folia cucumeris asinini, iridis brioniæ, de quibus veniam præstamus, quod possint aliquantis per permiscere cum corroborantibus stomachum: tamen id factandum est in robustissimis, nautis, & agricolis, in quibus locum pro

De satiety stomachi in infantulis.

Bum tenet, minimè autem in infantulis, & pueris: nam cùm corpuscula eorum tenera sint, mordent et pungunt, et quia opus scientiæ est, Apologeticis verbis tempus non conterere, sed syncero animo vera demonstrare: erige aures et cristas, audi apophthema satis dilucidū et pulchrum, depinguendine catæ, de qua frequentissimè vetulæ usum ad satiatos custodiunt, (id est, ad eos quos ahitos vocant) verū tamen de ijs, et de alijs omnibus cum viris eruditissimis, et qui in arte consenserunt, est tractatio, non cum imprudentibus et ignarisi, qui ut ait Hippocrat. lib. præceptionum, cùm in profundo ignorantie versentur, contentiose gestiunt, aliorum opera conuellere, et an optimæ malavè sint, cùm sub mandragora dormiant, neque intelligere benè, neque considerare valent. Theor. 14. sequitur.

THEOREMA XIII.

De pinguedine misionis, & in quo loco venenum habeat, declaratur, & acatis fugiendum esse dicitur.

Quædam matularia vetula à quodam nebulone, qui asini profecto auriculas habebat,

bat, vocata fuit, ut festinanter ad ægrotum profici sceretur, fecit; et cum ad ægrotantis domum peruenisset, atque cubiculum esset ingressa, multa de illis, quæ Theorem. 2. scripsimus, interrogavit, ut fastiditum esse hominem cognosceret, an non postquam manum stomacho admouet, et cruditatem copiosam reperit, ait, sum opere conferre emplastra apponere stomacho odorata, quæ domi in scrinijs, et pixidibus recondita obseruabat: quo auditio, et optimè intellecto omnes ei constipulantur: iterum fallax medica misinat, maximum ad eius integrum et perfectam medelam rei caput esse, si felis interficiatur, arrident ipsi omnes; et diligenter et curiose factum est, et infirmo misero propinavit catæ pinguedinem, quam cum alacriter sumeret ex manu tremula vetulæ, paulò post angoribus magnisque symptomatis est vexatus: ocyter ego à viris præclarissimis sum vocatus, et rupta omni mora, protinus ad ægrum me contuli, visoque, multis vltro citroque sermonibus dissertationis, pulsus contractauit, vrinamque conspexi, ut moneret Galen. ad Glaucon. lib. 1. quod fieri debet in omnibus morbis, & aliis, quæ ibi protulit, contemplatus sum: demonstrarunt autem multa symptomata ægrotantem esse pallum, quo-

De satiestate stomachi in infantilis.

rum acerrimam prorsus causam ignorauit, &
à me fugerunt: tamen memoriam reuoluens
meam, incidi in textum Hippocrat.lib.de Me-
dico, vbi insinuat, quomodo morbi etiam co-
gnosci debent, ait ergo sic: Medicum iustum,
& ad omnes conuersationes præclarum esse
confert(vt ex loqueliis venetur affectus) non
enim exigua commercia cum ægrotantibus
existant, nam seipso subditos faciunt, & om-
ni hora virgines vxores, opes magni pretij illis
committunt, & occurunt: intellexi tandem,
venenum sumptitasle, rogatusque sum, an
aliquid prauum & malignum alimentum, seu
medicamentum deuorasset, respondit: si intra-
te obserues, quæ fecerim, audies: pollicitus
sum me facturum: quia memini me perlegisse
apud Hippoc. Quæcumque video, aut audiero
intercurandum, ea siquidem afferre non con-
tulerit, tacebo, & tanquam arcana apud me co-
tinebo: explicuit tandem, se pinguedinem
cati sumpsisse, affirmavit autem plus quam
centies deieciisse aluum, tunc multa adhibui,
administrauique pharmaca, quibus ab Ache-
rontis cimba eum liberaui.

Consonum sanè rationi est menti mandare,
& extricare, quomodo pinguedo catæ tanta
& magna soluenda aluum vi præpolletat. Sæpe-
nume-

numero certè arbitratus sum, matularias has
vetulas aliquid abditè veneni cum pinguedi-
ne cati cōmiscere, quod abundè saburram hū-
moris per sedem inferiorem attrahat. Verum
si ista tibi displicet ratio, sit propter venenosit-
atem, quam secum possidet felis: nam quòd
catus venenosus, & contagiosus sit, liquet ex
Concilia.lib.de venenis, cap. de cati veneno,
vbi ait: Qui mūsionis cerebrum comedērit, sto-
lidus efficitur: & vt enodatiùs malignitas &
praua venenositas huius animalis cognoscatur,
conspice quæ à Matthiolo Senensi super
6.Dioscor.de venenis dicitur, si pili felis deuo-
rentur, aut si aliquos furiose intuetur, graniter
inficit, et etiam halitus: et confitetur se cogno-
uisse fēminam, quæ adeò catibus delectabat-
tur, vt absque eis dormire non poterat, et ex va-
pore mortua est: et quædam in cœnobio famu-
la ex catarum tractatione. Adde, quòd ipsis vi-
sis, et auditis vapore quodam comprehenduntur,
pertimescantque plurimum. Ex dictis col-
liges, quòd quemadmodum effrenata medica-
menta aluum, potenter si sumatur, mouent,
sic et felis pinguedo.

Verum enim uero prædictas explores opini-
ones, quia passim cati à rusticis, et coibulo-
nibus comeduntur. Huic obiectioni vifariam
respon-

De satiitate stomachi in infantilis.

respondeamus: primùm, quia eius fœua malitia corrigitur, & attemperatur cum pipere, allio, oleo, & acetō: quæ mixtio vbi venenum occultum est, cum castigat, & corrigit, ita ut citra noxam sumant. Ad secundum dubium affirmamus, quod potest venenum latitare in uno membro, & alterū esse saluberrimum, & utile comedioni, ut testatus est Conciliator lib. de venenis, vbi asserit, cui cauda cerui fuerit exhibita, accidentia patietur, veluti si herbā sumpserit, quam napoleū nominamus. Quod autem cauda cerui venenosa sit, liquet ex Aristot. 2. de animalibus, cap. 15. qui assueranter affirmat, fel in ipsa latitare, quod ut prodidit grauis herbarum indagator Matthio commētarijs in lib. Diosc. 2. cap. 3. atrocissimum venenum gestantibus existit, adeò ut brevi temporis curriculo hominem è medio tollat, partes reliquæ absque noxa deglutiuntur, quemadmodum sanguis tauri, qui ut ait Dioscor. venenosus est, caro autem comedibilis: ergo appositi scriptum est, quod virulentia & contagium in una parte corporis humani potest collocari, aliæ autem particulæ veneno priuari. Occurrit alia non contemnenda ratio cantharides, vel apud eos videre est, venenum in pedibus, a lis, & capite tenent: cæteræ partes ad viuum me di-

dicum proficux, Diosc. lib. 1. cap. 15. de viperā differens, ait: Carnes viperæ, si detracō capite & cauda decoquantur, oculis claritatē afferrunt, nervorumque vitijs auxiliantur. Eandem festatur sententiam Galen. lib. 1. de antid. his verbis: Viperas fœtas vitabis, cæterum caudā & caput præscindes, nam præterquam quod hæ partes virulentiores esse videantur, duræ & modicæ carnes compotes sunt. Idem tenet Andromach. tam senex, quam iunior. Aëtius cap. de past. naça marina, qui ab ea est percussus, dolor sequitur eum, & totius corporis torpor acutum habet aculeum, quo vehementissima vi in altum impulso nerui faucentur, quapropter totum conuelens corpus mors comitatur. Cum hoc tamen ait Matthio. in Diose. lib. 2. cap. 19. si caput & cauda auferatur, remedium esse hominibus, dixit Plinius proprio cap. nullum esse execrabilius venenum, quam radicis super cauda trigonis, quam nostrī pastinacam vocant, arma ut telum perforat. Si igitur tam pernicioſa venena in quibusdam partibus animalium reperiuntur, & in ceteris saluberrima, non mirum est, si contagiu & venenum in pinguedine felis, vel in cerebro occultetur, ratione cuius grauia symptoma fiunt.

THEO-

De sarietate stomachi in infantulis.

THEOREMA XV.

In quo accusantur, qui indigenas platas laudant, multò quippe præstantiores procurandis satiatis, Galij nostris inviridarijs pullulant renascentur.

Cum propalandę veritatis semper curā habuerim, eiique addictus fuerim, & nihil magis in votis sedem obtinuerim, quām amantissimos iuuenes Medicos pro viribus adiuuare, à meo instituto non desistere decretum est mihi, quousque consopia eorum, inuidiam, calumniam, & temerariam audaciam, quivt aliqua in arte fecisse conspiciātur, & vt noua demonstrent, pro profligandis morbis, à remotissimis regionibus, & extremis angulis orbis gloriantur simplicia afferre, infamātque multò magis speciosiora, & elegantiora simplicia apud Indos caulem erumpere, quā in nostra felici, feracique Hispania, cūm satis perspicuum sit, & luce meridiana clariss, nos innumera plantarum genera pedibus, concultare, tam in planicies, aruis, & conuallibus, infa-

sabuletis, in itinerum marginibus, in ruderibus, hortis, pratis, angulisque domorū, quām in campis, in quibus digniores et pretiosiores plantæ reperiuntur, tam pro morbis medendis, quām pro ictibus ferarum, venenum ebibrantibus. Tamen sunt (vt verum dicam) qui apud Indos prunatum plantas habere pronuntiant, vt Didacus ab Horta, & Aphricanus Acosta: verū enim uero, vt cuncti suam agnoscant temerariam audaciam, & ne suis calumnijs, & verbis commentitijs, à nostra clarissima, & florentissima Hispania autoritatem, & veritatem detrahant: licebit nobis Herculeis, Romanisque viribus defendere patriam nostram, ne fortassis aliquis nostram modestiam in conscientiam ducat, & nostra decreta, & cōcepta contemnat, & calcitret.

Hispania tam fertilis, pinguis, commendabilis, speciosa, & honorifica ab omnibus decantatur, vt meritò & iure absque controuersia omnibus Regionibus anteponi debeat, rectrix parentisque mundi altera, in qua non solū emicat artium probitas, & præstantia, sed Ducum nobilitas, militum authoritas, fœminarum, & viatorum castitas, ingeniorum benignitas, atque claritas; venti deletabiles, clari & tenues circumferuntur, vt nullus ingratus & fœtidus

Hh odor

De satietate Stomachi in infantiliis

odor inspiretur; quibus colapsæ vires instaurantur, placideque refocillantur, & adeò festiuiter resarcuntur, quod habitatores rarer ter morbis infestantur, optima integraque salus, & perfecta quasi semper adest, copiose et idem olera, mel, vinum, saccharum, oleum, linum, plurimaque alia pullulat, utpote celeres equi, aues, ferocissimi tauri, aurum, argentum, & viuum arg. in fodinis passim reperiuntur: scaturiunt etiam minoræ alijs diuersis metallis, abundant præterea campi fructibus, & arboribus, quæ iucundum adeò spirant odorem, quo humana natura ita corroboratur, ut sicut qui dicant, & repositum in corde obseruent, semimortuos ad pristinum & antiquum nitorem reducere. Pulchre nunc disces, quam imerito honorificam nostram Hispaniam villi pendat Didacus ab Horta, dum suam palmam Indicam extollit, & ex ea mel, vinum, acetum, oleum, carbones, textiliaque alia, quæ ad nautilus parantur, prouidè conficit, & absque ratione testatur nusquam à veteribus esse cognitam. Quod absurdum & insulsum videtur, si quis oculatissime conspiciat Ludouicum Romanum lib. 8. cap. 16. & Iosephum Indicum, qui proferunt Strabonem lib. geographiæ, de palma Indica sermonem fecisse, & ex ea, quæ à Di-

¶ Didaco dicuntur, facit, et alia plura demonstrat; quæ maximæ attulerunt admirationem: tamen si patientem accommodaueris autem, alia pulchriora & præstantiora de nostra Hispania audies, et magis certiora, absque bile, inuidia, et calumnia.

Et ut ne nostravolumina non male audiant, apud censores nasutulos, et nomen meum suggestionis contagio polluant, & exhibillent, auctores in medium afferam, à quibus ferè omnia depropensi, summoque studio accepi, qui amantissimam nostram Hispaniam collaudat, & lucri faciunt, ne hæc nostra farrago, vel polyantha nouitate rerum villescat, & contemnatur. De cetero vitis nobilissima nostra vinféra arbustina, quæ in nostris pomarijs, porticibus, angulis domus renascitur, vinumque generatur generosum, & adeò naturæ prouidum, ut in Canticis Cantorum scriptum sit: Guttur tuus sicut vinum optimum dignum dilecto meo, ad potandum labijs, & dentibus ad ruminandum: quæ literæ firmitudinem corporis commendat, oris halitum & dentium non exiguum corroborationem. Verum ut indigeni maiori admiratione corripiantur, in una eademque arbustina vite, quatuor (arte factæ) per inoculationem, vel insertionem reperiuntur

281 *De satieta te stomachi in infantulis.*

tur vuarum genera, quæ saporem odoremque
humanæ vitæ non contemnēdum præstant, si-
quidem ex eis vinum extruditur, suo tempore
elaboratus mustus, quod forinsecus si applice-
tur, duritias discutit, & crasiciem et lentorem
succorum pituitosorum absunit, vlcera exic-
cat, & sanitatem infert.

Si autem introrsum deuoretur, mirū in mo-
dum opitulatur morbis, nam animam exhila-
rat, purissimum gignit sanguinē, ocyssimē in
alimentum conuertitur, ad coctionem in qua-
uis parte iuuat, animam adit, cerebrum expur-
gat, opiferum cordi est, et conualecentem
impinguat, intellectum excitat, obstrunctiones
aperit, sanguinem turbidum emendat, & om-
ne corporis excrementum deponit, colorem
conciliat, et tenorem tenori apponit. Quod
rursus sic ab Aretheo Cappa cōprobatur, dū ait;
Animæ remolitio vim existit, nervorum ca-
lēfactio, volūtatis reuocatio. Quibus suffraga-
tur Plin.lib. 14. natur.hist. cap. 16. Vīnum ne-
que viribus corporis utilius aliud, neque vor-
luntati perniciosius, si modus absit: denique
vt breui sermonum complexu finiam, apud In-
dos nulla est planta adeò fertilis, generosa, ne-
que tantis titulis condecorata, vt vitis; et nūc
iterum videbis.

THEOREMA XVI.

In quo de vite vinifera, de qua eius fructu multa iterum exponuntur, nusquam visa in Indianis plantis: de etate vini. Et ad quod tempus seruetur.

Hoc firmiter constituto, quantum viribus & coniecturis assequi possum, quæ magis notatu digna sunt, exarabo, quāuis multum recondita sint, quæ si non satis aperte fuerint enucleata, sed duris, distortis, & ambiguis locutionibus à vobis non solum accusari patiar, sed à quovis meum erratum deprehensum, iamque manifestum confiteor, quod tamen si criminosum est, in consideratis cuiusdam, negligentiaque crimen est, non certe voluntatis. Extollunt indigeni suum acetum ex palma Indica confectum, quo ad paucā vtuntur, nos tamen ad plurima nostrum usurpamus, ut suprà vidisti opelul. de cauterijs. Quapropter de omphatio, quod habitatores Indianorum non cognoverunt, paucis perstrictis aliquā de eo conscribam, ex testimonio Diosc. lib. 5. ca. 6. inquit: Succus ex omphatio extrahitur,

De sollicitate stomachi in infantulis.

hitur, quicke ri gingeuarū opitulatur, oculorū fistulis, oculorum claritati, erosionibus angulorum, & multis alijs affectibus prodest. Profert deinde Galen. lib. simp. medic. fac, quod omphatium omnibus calidis morbis propinari potest: nam cum acidus sit, perfecte refrigerat, acrimoniam valde ferantem & scoriantē attemperat, sitim mitigat, velocissimè ventrē corroborat, rosiones coercet, & bilis ferore sedat, in cibis, & medicamentis utilissimum, ad hæc folia vitium, & triti capreoli illitu mitigant capitum dolores, ventris & stomachi inflationes cum polenta lachryma: item que ad caudicem vitis, ut gummi concrescit in vino pota calculos expellit, psoras sanat, verrucis medetur, contra viperarum morsus optima. Vuarum grana sitostentur, dysentericis & cæliacis medentur. Dicant, iterum atque iterum rogo, sintne apud Indiarum cultores tam medicinalē efficacesque plantæ, commendabilesque virtutes reperiantur. Ijs amicabundē disertis, de vino complacet mihi aliqua agitare, de quibus nullus illius regionis memoriam fecit, et si ex palma Indica posse vinum parari assuerunt; tamen eius præservationem denegarunt, vel quod facile corrūpebatur apud eos, aut quod notitiam non sunt adepti. Nos tamē,

vt magis admiratione corripiantur, pulcherri
ma notauius de vini conseruatione, eiusque
ætate.

Refert Iacobus Fontanus lib. 8. cap. 1. de
alimentis, quod vinum recens vnius anni esse
debet, vetus quatuor compleat annos usque ad
septem, mediocre ab uno anno, aut duobus us-
que ad quatuor. Dilucidioris tamen doctrinæ
gratia, quomodo apud Græcos vetusta vina
sint intelligenda, manifestemus: Dioscorides
proprio cap. de vino, & Galenus vocant vinum
antiquum, quod quindecim aut viginti exce-
dunt ætatis annos: mediæ verò ætatis vinum
illud esse testantur, quod à septem usque ad
decem sunt anni, ut testatur Galen. lib. 7. me-
dendi, ait sic: Vinum sex annorum inter mediū
& vetus existit: & idem comprobat lib. 4. de
compos. medicam per gen. vbi de Epulomedici
ca ex collecti. agit, recens vinum penitiora
corporis non permeat, vetus acre & mordax
est, ergo ætate melius est, quod plurimum in-
tra quinque & decem excedit ætatis annos: &
per diutinum tempus posse seruari: protulit
haec verborum serie idem Galen. lib. 1. de anti-
dotis: Ego vero vnius cuiusque ætatis vini Pha-
lerni in vasis scriptare legens, ab illis gustare
incipiebam, quæ plures quam viginti annos ha-

be-

De satiestate stomachi in infantulis.

bebant. Notabis præterea, quod vinum, ut idem refert Galenus, non in quolibet vasculo conservari oportet, sed in dolis, in quibus vinum prius coctum fuit. Memoriae præterea commendandum est, quod aduerte facit Iacobus Fontanus lib. 8. de alimentis, cap. 1. quod vasa, in quibus multe coctiones parantur, non sint calce, aut gypso oblinita, neque alijs fictitijs speciebus, siquidem salutem contaminant, plurimamque noxam committunt, elegantius sit, si pauculum aquæ ardentis inieceris, que calorem innatum vini fouet, & putredinem cohabet, defecat, & perlucidum, clarumque colorem representat, & si vinum viride fuerit, maturat, & appositè à corruptione, alijsque tuetur.

Proferant nunc incolæ Indiarum, tam clari, quam obscuri, tam nobiles, quam ignobiles, tam rustici, quam urbani, tam iuvenes, quam senes, ant tam honorificatæ & misericordiæ plantæ apud Indos luxurient, caulemque erumpant, vinumque ex palma Indica suum ita præseruari possit.

THEO-

THEOREMA XVII.

*Quid intelligat Galenus per vinaceum, &
quibus morbis profit, ut Indij cognos-
cant, in excrementis fructuum
Hispanie esse virtutem
insignem.*

VT ne iam purissimas Medicorum aures offendam, currenti calamo ad quæ vina- cei profint, exponam, & quid sit decla- rabo. Per vinaceos nihil aliud intelligere vo- lumus, quam solidas vuarum reliquias, cum in torculari ex vuis succus expressus est, autho re Galeno, 2. de alimen. facili sunt autem, ut enodatius intelligatur, partes quædam, quæ ex tegumento acini, ex nucleis, ac radice acino- rū, quæ ex palmitæ nascuntur, magnopere iuuat, & conducant, ubi dolores ex frigidis cau- sis sunt contracti, et podagra, aut artritide ex- torquentur: modum autē administrandi apud Donat. Anto. ab Altomari fatis curiosum vi- debis: latitant præclaræ facultates etiam in ci- nere, et scoria ad linthea dealbāda, et ad quo- dam morbos profligandos. Omitto nunc vi- num, quod ex vuis extruditur, siquidem de eo

De satieta^e stomachi in infantulis.

suprà catalogum fecimus. Præstiterit tandem historiam Plini^j(quam lib. 24. cap. 1. naturalis historiæ tradit) afferre, ut credas, nos non egerre plantis Indianum. Ulceri paruo à mari Rubro medicamenta aduehuntur; Arabia atque India in medio existimatur, cùm præsidia multò magis elegantiora nostris in pomarijs, domibus, et sterquilinijs caulem fatiscant, speciosioresque plantæ pauperissimus quisque coenet. Quæ omnia accuratissimè contemplatus est Ludouicus Mercatus lib. de indicationibus, vbi ait: Expertis potius quam inusitatissimis simplicibus experti utantur Medici, et si à vulgariter perito homine extollatur, satis mihi fuit visum, vernaculis proprijs cuiusque Regionis simplicibus uti; quia cum habitatoribus terræ cognitionem quandam, et familiaritatem obtinent; perperam etiam, dicit Hippoc. lib. de fracturis, illos facere; siquidem quidam perigrinū magis laudant, quam cognitum et familiare, quoniam bonum esse credunt, plurima se offerunt in sequenti Theor. quæ incolas

Indiarum fugiunt laude ergo no-

stra Hispania est dignior. THEOR.

THEOREMA XVIII.

*Gratioribus plantis delectatur nostra felix
Hispania, quam Indiæ, probatur
utrum.*

SI quæ in intimo corde meo recondita, et sepulta fuere, et quæ meis laboribus et assiduis studijs sum nactus, dum per sylvas, mōtes, horridos recessus, et sēticosos peragraui, acquisui, et inueni, modò apri, modò vrsis, et ferocissimis damis me tradens, et grauissimis periculis subiiciens, charissimis meis Medicis et cunctis alijs non demonstrauerō, quis obsecro erit meæ Polyātheæ honor? et meæ farraginis laus, et gloria? Proinde factum est, ut de quibusdam plantis, de quibus apud habitatores Indiarum nulla est facta mentio, nostra sit disputatio: quarum præstantissimæ facultates vnu & experientia sum venatus. Harum una est herba viperina, & scurçonera etiā nuncupatur, gentilitium suscepit, quia mortibus viperæ succurrit, & scuerço, quæ primatum inter herbas, quæ motbis contagiosis & pestilentibus prosunt, tenet: non infimum, neque aspernendum remedium est contra tristis-

De satietate stomachi in infantulis.

tiam, siquidem eam adimit, & hilaritatem inducit. Vertiginosis & cardialgiacis conceditur, siue succum deuores, vel radices manducaveris: succus deinde lacteus in radice consistens caliginem oculorum discutit, ut videre est in epistolis Matthio, ex sententia Ioannis Odorici: verum haec herba alteram maximi momenti reuocat, & priuilegium sortitur magnū, dicitur cardus sanctus, vel benedictus, qui siccus contumacia, atque rebellia detinet vlera, eius præterea decoctū maximopere subuenit morbis pestilentibus, & febribus punctularibus: bene facit epilepsia, quartanis, morbisque pituitosis: mulcet item dolores renū, sudorem allicit, obstructions aperit, torminibus intestinalium auxilium est, & vterinis affectionibus, quibus omnibus facultatibus dotari radicis secæ probant item, herbulam esse in abundantissima nostra Hispania mirificis virtutibus ornatam, de qua quantum mediocris mei ingenij qualitas patitur, differam, et textum intricatum Plinij declarabo, quæ cōscriptis lib. 19. c. i. & 2. inter plantas est & linū, sed in qua non inuenitur parte mercaturam, ab una parte in aliam trahit, & Germanos, Italos, Indos ad bellum, vel amicitiam integrum excitat, & vt magis admireris vltro citroque ab

ab omnibus terræ angulis varia & diuersa portat, de cuius virib[us] animaduertere conductit, quod venerem stimulat, & cum melle peccus lenit, atque inflammations arcet vuluæ, duries mollit, & petitur oleum, quod ex semine extruditur à pictoribus ad lapides, ligna, & ferramenta fingenda, commendatur etiam ad lucernarū vsum. Ex qua prædicta herbula, O admiranda & maximè notanda restmulta ad nauiculas parantur, & ad v[er]sus hominum exercentur: sed vt ænigmatum, durum & obscurum textum Plinij exactè intelligas, expedit mihi absoluere, nota, herbulā, quæ ita occulta apud homines est, quod linum vocitatur (vt dixi) ex qua linthea conficiuntur, aptissima ad velas nauium, quibus flatibus ventis, nauiculas ab una regione in aliam asportant, & mercaturas trahunt vela, aut amicitias. Grandæua palma India sua non tantis encomijs & laudibus est Hispanis plantis anteferenda, siquidem in vite & in memoratis pretiosiores facultates in dies notantur, & reperiuntur: nunc telam cœptam institui absoluere, studio & ratione omnino v[er]tens, vbi nihil bona fide, aut negligentia committere aut socracia consilium est, quod hominum saluti ex vsu esse queat.

De satietate stomachi in infantulis.

THEOREMA XIX.

*An absque noxa argentum viuum propinari
satiatis (Et in alijs affectibus passit)
infantibus debeat?*

Ductor præclarissimus Vallesius libro epidemiarum, vbi de historia Hermophili disputat, contestatur perperam arti Medicæ incumbere, qui per os argentum viuum propinant (vide opelulam de cauterijs et tonsillarum ulceribus, Theor. 22.) apud me autē alia dilucidior refulget ratio parcat ergo, parcat mihi.

Quę enim, quæso, meorū laborum laus esse possit, aut meorum voluminum fructus, si mortalibus cœlem, quę sę per numero à me visa sunt, et perdocte à plurimis bona esse probata? Quid deinde absurdius, aut fediū euenire, rogo, ingenijs, quām cùm amico consentire, quę aliter alter in se et secum iudicet? aut quę maior iniuria, quām adulatio? Quo sit, vt quę de argento viuo persenserit Vallesius, et veteres dixerent, summatim patefaciam, tamen si non desint latrones, et sophistę, qui alia sectentur viam.

Ar-

Argentum viuum non esse effrenatum me dicamentum, sed bezoardicum probabo, et si aliter teneat Dioscorides: veruntamen aliam experientiam, & rationem inuenit utendi methodus, siquidem tutissimum pro vermis propinatur, plurimi que alijs affectibus. Sit in hoc grauissimo certamine Antonius Musa Brasabolus, qui in simplicibus ait: Nos argentum viuum pro vermis infantulis tribuimus: cuius suffragij est Matthiolus in epistolis, vbi assertit, quod mulieres Gortyenses ad deuorandum scrapulum unum, si in partu laborant, nullis suscepitis incommodis: & probat eandem sententiam commentarij in Dioscor. Ait preterea Palmerinus in suo metallo, doctrinario, quod infantilis prodest plurimum, si ad magnitudinem duorum granorum milij propinetur. Cui iterum subserbit Matthiol. lib. de morbo Gallico, cap. 76. & cum maiori pondere exhibet, ait sic: Ego scrupolum unum, aut duos non excederem, cum vehementer aluum moueat. Suspicor, quod Vallesius cum ita malignum medicamentum argentum viuum esse assignat, differuisse de facitio, nam quod passim infodinis reperitur, citra noxam deuoratur. Retulit Maria. Sanctus, cap. de casu & offensione in dolore colico, tres exhibuisse un-

tias,

De satieta^e stomachi in infantulis.

tias, & sanatus est; etiam in dolore iliacō: ex ijs collationem facienti manifestū erit, quod quarta Luna sunt nati, qui contendunt, quod si per os sumatur, deletheriam facultatem & mortiferam venatur, tamen si certa & pauca quantitate concedatur, saluberrimum pro satiatis est pharmacum. nam ob pondus & fluxilem substantiam celeriter per ventrem secedit, nullumque damnum facit, dummodo saliuia, aut alio liquore non sit permixtum: nā tunc aluo adh̄eret, & ægerrimè clysteribus aut alijs medicamentis deducitur, vt adiuratissimus testis est Matthiolus: & quod optimè per os sumi possit, ait Amatus Lusitanus super Dioscor. sic apud Hispanos benè successit vnitiam semis argenti viui sumere, neque hucusque aliquo graui symptomate quisquam fuit apprehensus. Refert deinde idem author, se vidisse puerum, qui libram argenti vii deuorauit, qui preter pondus nullum facepsit negotium, clyster adiutus, at iustus fuit, cacauit totum, et liber euasit.

Hoc in loco palatum infectum est mihi bile, et adeò intumuit bile iecur, vt eius de planis doctrina ignorantij, aut si hoc non vult, sophisticarum et stribiliginam plena, et incata mētis referta semper videatur, atque cōfusa, fino.

si nouus, & bonus hic vir scrupulum vnum argenti viui, aut duos tribuisset pro satiatis, authores & amicos haberet, qui sua iudicia, & scripta laudarent, cum autem fictitia sint, repudiada, & a me accusanda sunt. Gratia proculdubio habenda est Matthiolo, qui eruditè & appositè dixit (non ut suprà dixit Amatus) ut grauis & fidelis scriptor, cognouisse se plasarium, qui nocte potauit libram vnam argenti viui, quod in myropolio seruauerat, perijste; ecce ubi vitam non recuperauit, sed mortuus est; cōtrà verò Amatus Lusitanus: sed tamē antè quam ab hoc loco discedam, non desinam exarare, quod a Falopio scriptum est, videlicet, quod argentum viuum in cinerem conuersum, veluti miraculum in suum conuertitur principium. Non est etiam omissendum aliud, quod commendat Paul. A Eginet. lib. 7. de argento viuo, quod crematum, & in cinerem conuersum quidam alijs speciebus mixtum dederunt in colicis doloribus, & illiacis, a quo loco, quod de argento viuo conscripserunt Auicen. & Marianus Sanctus desumpserunt. Notabis deinde, quod quemadmodum ebenus non fluitat in aqua, et si summè aridus sit, sed pesum id, sic omnia metalla in argentum viuum iniecta supernatant, præter

KK solum

De satietate stomachi in infantulis;
solum aurum, quod cùm sit pretiosum metal-
lum, magis amplectitur, quàm alia metalla,
& fundum petit: sed cùm multa nos suprà ope-
lula de cauter. & pestif. tonsillar. ulceribus, ac
Theor. 22. diximus, summam manum huic
Theorem. impono.

THEOREMA XX.

An aurum per os dari possit melancholicis,
aut alijs affectionibus, ut sa-
tialis.

CVM aurum metallum sit, tantis & tam
pretiosissimis facultatibus ornatū, ad-
miratione sum correptus, quàm parum
medicinae indagatores de eo scriptitauerint,
mentionemque fecere. Res est profectò maxi-
mè cognita & perspecta, quòd si quis languo-
re est captus, & melancholia infestetur, non
solum vires colapsas instaurat, & reficit, si
propinetur, sed si forinfecus applicetur, iuuat;
quamuis Antonius Musa Brafa. lib. simpliciū
aduersetur, dum ait: Cùm multam retineat ar-
genti viui partem, aurum non corroborat. Te-
nent idem Lemnius, Brauo, Monardes Hispan-
ensis; sed cùm non possint isti vires auri asse-
qui.

qui, aliorum industriam, & existimationem conuellunt, atque confutant: tamen quæ diuturna inquisitione de auro (non sine magnis laboribus, & studijs) reperiui, aperiam, & quæ prudentissimi authores declarant, paucis perstrictis proferam. Lupeius in enchiridion, Aurum cor focillat, nam syderum & plantarum vires & qualitates in ipsum infunduntur, quibus mens corroboratur: suum testimonium cōprobat ex mente Marsilij Ficini lib. de triplici vita, quod gemmæ, quæ in visceribus terræ generantur, syderum vi laudabiles virtutes adpiscuntur ad cordis instaurationem, & reliqua membra. Quare increpanda est Matthio. sententia, & aliorum, qui libro epistolar. ait: Aurum et si multum levigetur, à nostro calore non mutatur: verū aliter res se habet, vt in dies in gemmis & metallis densissimis experi mur, à quibus expectatissimi effectus producuntur, vt liqueat ex ferro, eiusque limatura, & ex chalibe, vt notarunt Galen. & Oribas. quos sunt sectati Aticen. & Melueus multis in locis, item ex Plinij lectione, cap. de Aconiti herba, vbi palam ait: Adeò furibunda, & venosa hæc herba est, vt meis temporibus nullum inuestigari potuit medicamentum, quo eius potentissima, & deletherea vis demoliri, de

De satieta^te stomachi in infantulis.

mulcerique posset, nisi auro: ergo noster calor
natiuus sufficiens est, vt metalla decoquatur,
& mutentur. Et vt notes vires pretiosae auri
aduersus fortissima venena, de aconiti herba
iterum ait Pliaius: Calpurnius, vt dictaretur,
vxores interficiebat, vbi aconitum herbam ge-
nitalibus admouebat, adeoque perniciosa her-
ba est, vt dixerit Teoph.lib.9. de historia plan-
tarum, cap. 16. Si herbam aconiti per os summa-
tur, vel genitalibus adiungatur, uno anno, aut
bimestri, aut trimestri, aut certis temporibus
occidere tabescendo possit. Taxandus ergo est
Hieronymus Mercur.lib.de venenis, qui uno
die interficere testatur. Exarauimus de aconi-
to ista omnia, vt praeclarissimi Medici cognos-
cant, quod maligna, & vehemens qualitas
corrigitur, & castigatur praesentia auri, vt ite
ex Dioscor.constat. Multum profecto ars me-
dica, humanaque natura antiquioribus debet,
sed nulli plus, quam Dioscorid. Anazarbeo,
qui multas Orbis regiones peragravit, vt Græ-
cis, Arabibus, Germanis, & Hispanis prodesse
possit, & tanto amore fuit accensus iuuandæ
Reipublicæ causa, vt posset res ipsas occultas
fide conspicere, per vespes, loca arida, sentico-
sa, aspera syncero animo profectus fuit, abdi-
tasque

tasque terræ fibras inuestigauit, quoisque aurum inuenit aduersus venena, & cap. de argento viuo probat. Cuius item rei testis est Leonicenus super Nicandrum in Alexipharmacis, ubi aurum refundere acerrimas vires aconiti herbæ exponit, idem sensit Arnaldus, idem doctissimus Laguna lib. de peste, & cum eis Vlstdadius & Gainterus excellenter notarunt, & recensuit Ebonimius, & Ludonicus Mercatus subiunxit, Rondoletus, & Auicen. contestati sunt, videlicet, quod aurum aduersus morbos pestilentes & contagiosos propinari possit, necnon ad corroborandas vires in fastiditis, ubi nimis languor facultatum adest: quibuscō stipulatur Platearius Circainstans vocatus, lib. de simplici medicina, cap. de auro ait: Aurum aduersus frigiditatem stomachi & debilitatē, & alios affectus, non solum in puluere datum, sed vino extinctum, propinatur. Quapropter frequenter mihi subit mirari, Petrum Paulum à Pereda, Lemnium, & reliquos, de quibus mentionem fecimus, viros aliquin doctissimos, in rem manifesta cœcutisse; verūm hoc multoties multis accidisse cognoscimus, neque enim rem propositam quis acuē tangit, neque semper ferit, quæcumque minabitur arcus.

Itaque ut omnia de auro finiam, omittendum

De satietate stomachi in infantulis.

dum non est, quo pacto interpretanda Hippocratis sententia sit, quam lib. de aere, aquis, & locis scriptam dereliquit, ait: Aquæ duræ existunt, vbi aurum, ferrum, argentum, æs, sulphur, alumē inuenitur: non enim ex huiusmodi terra aquæ bonæ prodeūt, sed duræ, et tuos, et difficulter minguntur. Et ut alii egessioni contraria sit, ex his dēducitur verbis: Qui aurum animam dilatare, spiritus et virtutes reparare, fontium mineras focillare ase-runt, errant (vide Theo. 12. de aquis) tamen ut hanc dirimamus controversiam, et summam propositi venemur, menti est tradendū, quod cūm aqua, que in fodiinis, vbi aurum inuenitur ibique scaturit, partem multam sulphuris aut argenti viui possideat, prædicta symptomata ab Hippoc. dicta procreabit, secus autem res se habet, si aurum è camino fuerit extractū, et multis modis elaboratum, in quo tam minima iam collocatur sulphuris et argenti viui pars, ut esse venenosum non credamus, præcipue quod Theor. 19. scripsimus, argenteum viuum veneno non prepollere, item si aliquantula es- set ei effrenata vis, si in minima quantitate exhibeatur, tutissimè propinatur argentum viuum. Ex ijs colligere licet, Amatum Lusitanū cespitasse, dum apud Hispanos tam multam quan-

quantitatem argenti viui sumere dicat, solis enim ignaris artis medicinæ conuenit, ut aliorum opera calumnient, nos tamen vera loquimur.

THEOREMA XXI.

Quæ mulieres aptiores sint ad curationem satiatorum, hic melius quam saprà dicitur.

Vide Theor. 6 & 7. de cauterijs.

Antea à me fuit expositum, quod mulieres doctæ vocandæ sunt, ad curationem satiatorum, & aliorum morborum, si perite fuerint: verum enim iuverò ut scrupulos, & controversias, quæ iudicia virorum extorque-re solent, auferamus, expéndendum est, de literatissimis mulieribus esse intelligendum (ut dixi) aut saltim de non omnino imperitis, quæ si illæ charitate moueantur, generosa & illustris erit curatio: de quibus Galenus lib. de theriaca ad Pisonem sic memoriam facit: Arria doctissima & medica fuit, & Cleopatra AEgyptiorum Reginæ item alia, quæ à Matthiolo Senensi in proœmio affert super Dioscor. quæ Circea vocabatur, & herbam sic nominatam

di-

De satietate stomachi in infantulis,
dicit, & filiam Solis nomen habuisse, Poëtæ fabulantur, altera sit, Promedea, quæ tantam natam fuisse herbarum notitiam conscribunt authores, ut alijs sæculis pro Dea coleretur: necnon fuere Poëtæ, qui Aseonem ultimo affeatum senio ab hac ad iuuentutē restitutū fuisse declarent: sit etiam postmodum alia Helena, à qua nomen herbæ Helenæ appellatum suscepit, quia eam rectissimè cognouit, & inuenit: sequatur Arthemisia, quæ vxor fuit Mauso lei Regis Charix, & reperta est herba dicta, ut bene probat Matthiolus.

Rursus accedant ad medendum charitate motę Diotima, à qua Socrates audiuit, item Cenobia Parminatorum Regina, quæ literis Græcis & Latinis strenuè perita fuit: sit et ter-tia Tinaquel Romanorum Regina, cui tantū extitit ingenij acumen et doctrinæ gloria, ut à peritissimis veneraretur: reperitur et altera Alcana Anglorum Regina, Ioannis Regis mater, quę epistolas misit ad Celestimum Pontificem; item Axiothea Platonis discipula: sit et Valdegardis Mautinensis, quę libros compo-suit, et ad eam librum misit Diuus Bernardus de Sacramento Altaris: in hac etiam classe reponatur Hildepingua, cuius sunt libri quatuor physicorum, de elementis, piscibus, herbis, et me

& metallibus. Ad hæc Giliberta alia Anglica, quæ sexum mentita virilē adeò literis proficit, vt Leone IIII. Pontifice, digna fuit, vt ipso mortuo, eius loco Ioannis Octavi nomen poneretur, vt confirmant Ioannes Bocatius & Ioannes Sabellicus: de quibus omnibus accuratissimè disputauit Tiraquel. Jurisconsult. lib. de nobilitate Medicorum, qui quæ ab antiquis, & recentioribus à recta ratione sunt aberrata, erroris fontem aperuit, & optimis rationibus ab illorum scientiam esse discedendum, suavit. Quapropter profectò cum Galeno dice re non grauabor, quod innumerabiles habendæ sunt gratiæ ijs, qui lucubrationibus, & studijs suis pro adiuuanda posteritate plurimum studium consuopserunt in arte medica, curamque impenderunt, & attatem nostram pro viribus illustrare non cessarunt, illis plurima fuit vigilantia, quid pro satiatis, & alijs affectionibus sit factitandum intelligere, tum medicamentis, & experimentis, quæ à Medicis, Chirurgis, & mulieribus administrabantur doctis, tum à vetulis, boni consulas obsecro hanc meā operam, lector, aut qui nolit, meliore m ac veriorem offrāt, nec deerunt sua præmia laudi, ad quartam partem nostræ Farraginis propero. Vale.

Q V A R T A P A R S
N O S T R Ā E P O L Y A N T H E Ā E,
de laudibus aquarum, tām fluuiarū, quām
fontanarum optimē exponit, etiam plu-
uiarum, & cur aqua nuncupetur,
speciosē explicat.

T H E O R E M A I.

*In quo demonstrantur laudes aquarum, &
cur aqua dicatur.*

Q Via hanc polyantheā in studiosorum,
& imperitorum gratiam condimus,
decretem est mihi, qua potuerat pers-
picuitate, & breui complexu, curaqua nuncu-
petur differere, eiusque laudes usque ad cœ-
lum decimum, imò ad vndecimum extollere.
Profectò prudenter exarauit Festus Pompe-
ius, aquam esse vocatam tanquam à qua iuuam-
mur, adeò ut sine eius usu vita priuantur om-
nia animalia, frutices, suffrutices, arbores fo-
lijs exuuntur, fructus decidunt, & præ imbe-
cillitate contabescunt. Eleganter præterea di-
xit ex Pyndaro Plato.lib.8.Litigiosus aqua vi-
lissim-

Iissimo pretio emitur, cùm sit omnium pretiosissima. Cōmendat deinde Virgil. lib. 4. Geor. Oceanum esse patrem rerum, inquit Servius, vocatur sic, quia ex eo cuncta gignuntur. Appositi de ea sensit Lactantius, cùm ait: Aqua, id est, à qua sunt omnia, & multiplicem vnum exhibit: concinnè explicuit Galen. lib. 1. simp. med. cap. 4. Aqua est celeberrima omnibus hominibus, sanis et ægrotatibus, et ad vitam plurimum necessaria, et in lib. de rerum dignotione (si verus est Galen.) et medicacione mundanorum, et singulorum elementorum vnum: ad hæc elementum aquæ, quam maximè nomina tū apud homines existit, docentque Theologi primos maioresque nostros octingētos annos vixisse; floruerū tamē, quia solum aquam potarunt. Præterea multi aquam principium rerum esse dixerunt, inter quos fuit Thales Milesius unus ex septem Sapientibus, ut affirmat Tullius lib. de natura Deorum. Vitruvius lib. 2. cap. 2. Eusebius de præparatione Euang. lib. 1. cap. 5. Et ut cognoscas aquæ dotes, et summam utilitatem eius, non solum ad corpus spectat, sed ad animam; ut probat Gregor. Nisenus lib. de anima, cap. 14. qui arbitratur vires animæ aqua contineri. Et Demosthen. Oratorum pri-
 mus, cùm aliquid conscriberet, aquam deuora-

De laudib. aquarū tam pluia.

bat, vt ingenium clarum, & generosum illi
esset, vt sensit Libanus Sophista: deinde extol-
lit Apollo. Tianeus: fulcitur sanè eorum ratio,
qui aquas deuorant, atque laudibus efferunt,
hac Tullij cēsura, ex lib. 1. de legibus: Aspersio-
ne aquæ labes corporis tollitur, atque castimo-
niam præstat: vnde sacra Superis facturi a-
quæ aspersione expurgabantur: testatur item
Seruius enarrans illum locum Virgilij lib. 2.
Aeneidos, introducens Aeneam ita patrem
Anchise m alloquentem:

Tu genitor cape sacra manu, patriosque Penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attriccare nefas, donec me flumine viuo

Abluero. Iuuenal is satyra 3.

Ter matutino Tiberti mergatur, & ipsi

Verticibus tumidum caput abluet.

Et vt loca tam intricata, & obscura memorie
enodatiū adhæreat, studendum est, quod re-
fert Plutarchus in quæstioni Romanis, quā qui
litare Dijs aliquid volebant, prius se aqua Ti-
beri abluebāt. Præterea veteres adeò insignem
& celebrem virtutem aquis concedebant, vt
aspersione ipsius mundificabantur, & abiens
immunes reddebātur, vt Deucalion & Pyrrha
obseruarunt, vt videre est apud Ouidium lib:
3. Metamor. Tanta denique præpollet facul-
tate:

*Quam fontan. C*ur aqua dicit. 135
tate aqua, ut polluti se in aquis fluminum im-
mittebant, & limpidi evadabant, ut satis per-
doctè sensit Cicero in oratione pro Sextio Ros-
cio, cùm loquitur de pœna parricidarum, ait
ibi, quòd lex Romana viuos in flumina dei-
cere iubet, ne cùm dilati essent, in mari ipsum
polluerent, quo cætera quæ violata sunt, expia-
ri putantur; itaque laudes aquarum multæ &
pretiosæ sunt, & melius videbis in sequentibus
Theoremat.

THEOREMA II.

*I*terum de laudibus aquarum ex grauissi-
mis authoribus maior è prudentior
fit examinatio.

SVNT AQUARUM tam insignes & particula-
res dotes, ut inueniamus apud Procopiū
lib. 2. de bello Persico, Castorem Regem
sacrificaturum Soli, & alijs quibusdam Dijs,
aqua marina se lauasse: verū mirū non est,
tanta & tam magnificentissima de aquis illos
protulisse, siquidem Homerus, à quo multipris
ci didicerūt, affirmat lib. 1. Iliad. aquam mari-
nam vim deiiciēdi aluum obtinere, qua à mul-
tis morbis liberantur, et si maligni perfidiique
sunt:

De landibus aquarum tam pluviarum,
sint: aqua deinde marina tam egregia vipolle, ut Euripides vna cum Platone in AEgyptum profectus fuisset, ibique moibo comprehensus, & grauiter vexatus a Sacerdotibus aquæ marine ablutione fuit liberatus, & hoc carmè suis in scriptis habetur:

Mare diluit omnia hominum mala.

Et retulit Diogen. Laërtius in Platone, & Eustatius lib. 1. Iliados. Non desinam item commendare, quod ait Varro lib. 1. rei rusticæ cap. 1. qui inter alios Deos Lympham vocat, quoniam absque aqua omnia arida redduntur, atque marcida. Verum ut ingenuè, quod sentio, fatear, tam clarissimis dotibus aqua condecoratur, ut non solum homines, verum animalia bruta quodam naturæ instinctu eam cognouerunt: nam in Mauritaniæ saltibus, ad quendam amnem, cui nomen est Amilio, nitente Luna noua, Elephantorum greges descendunt, ibiq; purificantes se solemniter aqua conspergunt, atque ita salutato sydere in sylvas reuertuntur, ut ex alijs authoribus Plin. lib. 8. cap. 1. prouuntiat. Alij aquam esse perniciciam dicunt, quia subuertit recta, homines, atque vrbes & segetes perdit, ut testatur Poëta lib. 2. Aeneidos.

Rapidos montano flumine torrens,

Sternit

quam fonte & cur. aqua dicitur. 136

Sternit agros, sternit sata lata boumque labores;

Præcipitesque trahit sylvas.

Et Ouid.lib.1.Metamor.

Sternuntur segetes, & deplorata colonis

Vota iacent, longique perit labor irritus anni.

Præclarissimum testimonium ad omnia prædicta, ut veritas amplius manifestetur, illud est, quod assertur ex Diuo Augustino lib.de Civitate Dei, flumen improbus frumenta ex areis, & horreis deiecit, & abstulit, necnon & aqua maris; & ut inquit Menander, inexpugnabilis vnde maris.

Et Proper.lib.1.eclog.16.

Ac pereat quicumque rates & vela parauit

Primus & in uito gurgite fecit iter.

Dixit etiam Ovid.lib.2.amoris,Elegia 2.

Primas malas docuit minitantibus aquora,

Peliace primus vertice casu vias

Quæ currentes inter temeraria lautes,

Conspicuum fulvo vellere ouem.

O utinam ne qui remo freta longa moueret,

Argo funetas pressa bibisset aquas,

Quamvis aliqui cervico missis dunt, nos nimis licentiores de electu & præstantia aquarum disserere, non mirum esse debet, siquidem de re maxime necessaria atq; veili sit disputatio, quam plurimum laudat Quintilianus.

THEO-

De laudibus aquarum tam pluuiarum

THEOREMA III.

*In quo de præstantia aquarum pluuiarum tra-
ctatur, & quia facilè corrumpuntur, de
earum castigatione & prepa-
ratione.*

INIER omnia aquarum genera, tam fontana-
rum, fluuiorum, puteorum, quam lacuum,
nulla salubrior, speciosior post hominum
memoriam inuenta est, quam pluuialis, si qui-
dem ad panes construendos, ad medicamenta
& reliquos hominum usus, non insimum locum
retinet, meritò ergo de ea inter aquas ad dispu-
tationem prior erit; quæ autem priora sunt, po-
sterioribus anteponuntur, exquisitèque col-
laudantur, ut concinnè prodidit Dionis. Hali-
carناس. lib. i. de antiquit. Roma. & ut videas,
& credas, quam præclara & vera sint huius au-
thoris decreta, & primogenita efficaciora &
nobiliariora esse ad medicamenta, etiam et ad in-
cantationes. Consona profectò et integra est
sententia Paladij lib. i. cap. 3. de apibus disse-
rens ait: Ibi apes non fugere si sterlus primoge-
niti vituli adlineamus ori vasculorum, idem

Con-

Constantinus Cæsar, & Plin.lib. 28. cap. 8. ait
 crocodilus annexus in lana ouis nigre, quæ pri-
 mo partu genita fuerit, quartanas abigere: post
 modū iterū astruit cor chamœlœtis alligatum
 primæ tōsuræ canæ nigrae: præterea cōfirmat
 Marce. Burdegalēsis primatū tenere priora, lib.
 medica. c. 8. nā dicit mulieris primiparæ pu-
 ra nitidaque saliuia, iejunis instillata oculis li-
 uorem, & suffusionē auferre; idem stercus in-
 fantium mirificè prodest, quod primum dimi-
 sit extractum ex lacte mulieris, quæ puerum
 laetat: ita etiam sensit Rhaf.lib.de ani.cap. 56.
 testantur etiam Iurisconsulti, l. i. ff. de cuius-
 que rei principium potissimam partem esse,
 sic Arist. lib. problem. 1. cap. 15. principium
 rei esse quid maximum: quibus dictis assertio-
 nibus Plin. constipulatur lib. 28. cap. 19. ait:
 Dentes, qui ab equis primi cadunt, facile den-
 titionem faciunt in infantulis alligati, effica-
 tiū si terram non attingant, Dioscor. lib. 2. c.
 64. testatur, quod lac fœminarum ex primo
 partu primiparæ canis lacte inunctum, caput
 glabescere, idemque potum mortalibus vene-
 nis aduersari, atque mortuos fœtus ex vtero
 depellere: quo fit, ut cum primatum sua præ-
 staria, & antiquitate, citra cōtrouersiam, aqua
 pluviatilis amplectatur, omnibus aquis ante-

De laudibus aquarum, tam pluviar.

feratur, de qua iuxta Hippocratis, & Galeni censuram, item & aliorum, qui in arte medica consenserunt, breuiter disputandum est, apud quos si veritas non refolgeat, frustra apud alios, et si eruditissimi sint Medici, inuestigabis, etiam si diligenter examines, & perpendas.

Itaque Hippoc. lib. de aëre, aquis, & locis laudatissimam esse pluvialem aquam contestatur, si hisce præpollat dotibus, sit levissima, tenuissima, dulcisima, splendidissima: quam sequitur sententiam Theophras. lib. 71 de histor. plant. cap. 5. ex aquis præstatiissime, quas Iupiter dederit: cui subscribit Rufus capite de aquis, ut tenet Oribas collecta. 5. cap. 3. de pluvialibus aquis sic sentio, quæ dulces, leues, puræ, tenuesque sunt, & si quid in eis elixes, celerrimè elixatur, si quid calfacias, breuiter calefit, & vino exiguò temperatur, quo circa bona sunt, & ad coctiones, & vrinæ excreciones; ut Theor. undecimo declarabitur, & Rufus eam extollens ait, aquæ pluviales accōmodate lieni, pulmoni, reperi, renibus, neruis, cùm vis earum non admodum refrigerans sit, idcirco benigniores ijs partibus sunt. Rogabis non temere, neque citra rationem, culpan da & vituperanda aqua pluvialis, siquidem facile

Quām fonte. Q' cur aqua dicatur. 138
cile corrūpitur, & putrēscit, vt testis est Oribas.
tom. 3. c. 14. Tamē ipse seipsum explicat: nemo
credat, quod aqua, quae citō putreficit, deterri-
ma sit, & quia citō immutatur, eō potius bona,
quā mala iudicāda est: quare si alia bonitatis si-
gna adfuerint, et si facile immutetur, & putres-
cat, eō potius bona quā mala cēsenda est. Et Pau-
lus ei suffragatur lib. 1. cap. 50. Nemo putrefa-
ctionem aquarum pessimam esse existimet; nā
mutationis facilitas, virtuti potius quām vi-
tio tribuenda est. Huius farinæ est Aetius, te-
tra. 1. ser. 3. cap. 6. Quam sententiam sectatur
Collumel. lib. 1. rei rusticæ, cap. 5. res tandem
est maximo experimento probata, & rationi
multum consueta, & apud Hippoc. celebrata,
quod cæteris pluviatiis aqua preferri debet,
& eam administrat Hippoc. tanquam proba-
tissimam ad refrigerandas febres ardentes.

Forsan nūc insurget iterum quis imprudēs,
circumforaneusque vir, quod aqua pluviati-
lis inutilis est: siquidem rātificēdīs & vocis
crassiciem efficit, capitis dolores bibentibus
exhibit. Tamen ut hæc obiectio conuulta &
distorta maneat, nota quod ab Hippocrate, &
Galenō scriptum est, quod vitia illa corrigun-
tur, & auferuntur per decoctionem, per alias.
que præparations, de quibus infrā clara erit

Delaudib. aquarum, tam pluuiar.

tractatio, & cursim nunc, vt non corrumpatur,
ex Plinij censura aduerte lib. 31. cap. 3. ex Epi-
gono; si desideras, vt aqua pluuiialis non putres-
cat, septies eam expurga, & corruptioni mi-
nus erit obnoxia, et Fontanus lib. 1. medic. pra-
ctic. cap. 3. aqua redditur melior agitatione,
transcolatione, aut crebra transfusione, mo-
tus tenuiorem illam facit, coctio etiam si ad
medietatem pluuiialis aqua coquatur, vt ex
Plinio lib. 31. cap. 3. colligitur; quam doctri-
nam præstatiùs & accòmodatiùs leges Theor.
11. Prætereundum etiam non est, quām princi-
palissimam sententiam commendet Oribas.
lib. collecta. 45. cap. 4. cùm ex Diosc. censura
docet præparationem, & correctionem aquæ
pluuiialis, ait sic: Aquæ preparantur & exactè
castigantur, si manum calfacias, & ad ventum
ferias, & subdiò paulatim multa vasa trans-
fundas, sicque corruptioni non sunt paratæ: &
ut per me suprà dictum est, multa infrà ex-

Gratarola circa correctionem aquæ
notantur, & Theor. contem-
plemur.

THEOREMA III.

*In eo de leuitate aquarum pluuiarum
est sermo.*

Quamvis de aquis vniuersaliter supra fuit disputatio, non erit absurdum, imò verum, & consideratione dignum de leuitate aquarum pluuialium disputare, vt congrua & perfecta sit omnium recognitio. Protulit Medicorum corypheus summus Hippoc. lib. aphor. 5. aphor. 26. optimam & omnibus numeris absolutissimam eam esse aquam, quæ calefit & refrigeratur, quæ item ceteris est leuior: quam diuinam sententiam sectati sunt Rufus, Aëtius, & Galen. lib. epidemi. sectio. 2. text. 11. & quod ex leuitate venemur præstatiam & bonitatē aquarum, liquet, siquidem in hypocōdris si illam deuores, non remoratur, uociter tamen per vniuersam totius corporis regionem permeat, et defertur, facile cōcoquitur, proinde crassa nec dura remanet, tamen multa et laudabilia bona facit, vt iterum præclarè sensit Hippoc. lib. 6. de morbis popul. sect. 4. te x. 16. Aquarum arte carentium quæ ab æthere excernitur, cum tonitruis tempora-

De laudib. aquarum tam pluviarum.

poralis, nebulosa verò mala: sine dubio ergo
prefertur aqua ex consilio Galeni, et aliorum
veterum, quæ pluialis et leuior habetur, præ-
cipue si aestuialis est. Deceptus ergo est Rufus,
qui aquas hyemales et vernas laudat, crassæ et
duræ digestionis sunt. Refellenda Celsi opinio
est, qui ut leuitatem considerat, aquas ponde-
rat. Tamea maghus ille polyhistor Plin. lib.
31. cap. 3. sic eius opinionem consopit: Quidā,
sit, statera indicant, de salubritate aquarum
frustrante diligentia, quando perratum est,
ut leuior sit aqua, costrix subtilitas inter pa-
res meliorem esse, quæ calefit & refrigeratur
celerius. Quæ à preclarissimis Medicis de le-
uitate aquarum sunt conscripta, patet fecimus,
si quis autem Zoilus correptus acerbo cere-
bro, ceruico soque dorso, odio atque calumnia
audeat, et velit, ut coluber trilinguo exhibila-
re, libens in arce stabo, et arma sumam, et pro
viribus me defendam, quamuis ingra-
vescente iam etate, et animo desti-
tutus, aliter res contingere
poterunt.

THEO:

THEOREMA V.

*Vbi dicitur, quod quomodo cum pluialis
aqua facilè corruptitur, conseruet
reliqua.*

Theorema hoc adeò difficillimum est, sartum et rectum obseruare, vt nisi solertiissimos Medicos ad veram expositionem reuocemus, plurimos hallucinasse testabuntur; admirati tamen sunt, quia cum legent apud Hippocratem, aquam pluialem faciliter corrupti, absurdum esse prædicant, quod in capite huius Theorem. exaratum existit; verum vt veritas non incognita et se pulcherrime maneat, ex cogita, quæ lib. de composit. pharm. secundum loc. capi. de Diacodion, postea ritatis memoriae commendauit; minus est hoc medicamentum obnoxium putredini, ob aquam pluialem, et hoc consilium satis Atticè confirmat Gentilis de Fulgino, qui s. cano ait: Aquam enim estem reddere pharmacum penetratiōni patatijs, ratione coius non putreficit, nam cum ipsa pluialis aqua astrictionem retineat, intenuique sit substantia hinc fiti, ut plurimum ad penetrationem iuuet, et non putrefascat. Ex-

cuius

De laudibus aquarum tam pluviarum,
cuius verbis accipimus , quod dogma Lupei
sit increpandum,quia asserit,quod propterea-
strictionem non penetrat aqua,ad hæc non ve-
retur effutire,et notam grauissimam Galeno
inducere,dum inquit in 2.enchiridion. cap.2.
aquam pluvialem putrescere tardè: probat suā
assertionem sic,nam in cisternis remoratur,nō
tamen putrescit:quo argumento persuasus,nō
solum à Galeni doctrina discedit,sed ab Aëtij,
et Pauli doctrina, qui facile corrupti dixe-
runt: nihilo secius tamen ad dubijs absolutionē
hoc modo accedes: Terra cùm frigida sit , &
sicca seruat,vt aqua pluivialis incorrupta persi-
stat,fit tamē melius æstate quām hyeme,prop-
ter anteparistēsīm,quia sunt eius terrę viscera
magis frigida:& vt veritas resulgeat, exauri
aquam ex cisterna profunda,exteriusque repo-
ne,& accipiet repentinam alterationē,& post
modum putredinem:hoc tamen vitium quo-
modo sit corrigendum & delendum, graphicè
expositum videbis Theorem.ii.

Omittendum autem,nec ignorandum nūc
non est,quomodo pluivialis aqua putredinem
conficiat , & ipsam auferat. Christophorus à
Vega lib.2.de arte meden.cap.1.hanc contro-
uersiam sic dirimit,& ingeniosissimè exponit,
quod si sola consideretur,ocyter corruptitur,
 & vi-

quam fontanar. & cur aqua dicatur. 941
& vitiatur, & hoc modo intelligendus est Hip-
poc. Galen. autem miscere iussit, & in mixtio-
ne tenuitatem non attendit, sed a strictionem,
quæ alijs conseruandis medicamentis auxilia-
tur, & ob siccitatem prodest ad cōseruandum
pharmacum: usque adhuc Vega, vir singula-
ris eruditionis, & perspectæ diligentia, qui ad
usque hæc tempora, quæ in nocte densissima
latuissent, tanquam interemptum, nunc pri-
mùm a caliginosis latebris medicinam reu-
cauit in lucem, & eam veluti quodam partu
genuit, & per omnia membra aluit, eduxit,
vestiuit, & omne ornatum insigne reddit.

THEOREMA VI.

*In quo disputatur, quæ aqua sit substituenda,
pluuiali non presente.*

Merito sanè post cœlestem aquam, mul-
tis encomijs, & laudibus aquam fon-
tanam collaudant veteres, quæ vicem
pluuialis pensat, si illa fuerimus destitu-
ti, quidam non fontium, sed fluminum &
puteorum substituunt; quæ argumentatio an-
xios, sollicitosque Medicos, & myreplicos ha-
bet, denique studio et lucubratione vigilant,
ut in penuria aquæ cœlestis, quæ sit ponenda,

De laudib. aquarum tam pluuiar.

intelligatur, sit ergo illa, quam Galen. tradit
lib. de compos. phar. loc. cap. 27. in qua parte
proprijs et legitimis verbis sic scribit: Nō præ
fente pluuiiali sufficit fontana, satis sit mun-
da, quasi priuemur, docet Galen. lib. sanit. tuē-
dæ 5. cap. quamlibet aliam sumere: suspicor
nunc ego, quòd est administranda fontana, nō
tamen ex lacu, nec flumine, nec puteis, qui nō
sunt petrosi, neque ut videbis, ad Septemtrio-
nem vergant. Refelléda nunc à me venit Vae-
tij Lusitani opinio, qui in commentarijs Medi-
cis rusticè et in eruditè asserit, Galen. fonta-
nam magis eligere, quam pluuialem, et com-
probat ex loco Galeni suprà citato: sed quan-
tum coniecturis assequi possum, eam accepit
Galen. quia pluuiiali carebat, quam si esset na-
ctus, veluti principalissimam acciperet, siqui-
dem inter omnes primas tenet: valeat ergo Lu-
sitanus; siquidem quæ clara et nitida sunt, in
controversia reducit, immeritoque aliquos
carpit, et eorum exaggerata con-
cepta consopit, praeueque
fuggillat.
(.?).

THEOREMA VII.

*In quo exponitur, quod nō quælibet aqua fontana substitui potest pro pluiali,
nam non astringit.*

TAmetsi temerarium et odiosum sit officium, multos accusare, paucos excipere, cum apud maiores nostros diuulgatum sit, liberos esse, ut possint rationem trahere, et de unaquaque re, quæ sentiant, clarissime explicare: ex cogitaui de aqua in defectu pluialis aliquam ponere, et Galeni doctrinam non sequi, (salua tamen tanti viri pace) et si hic modus loquendi à recentioribus, veteribusque Medicis sic explosus, atque in captando benevolentia, reprehensa, neque profecto talis lex congruè et exactè ab eis obseruata, cum hoc tamen, cum amplissimus Galen. arti medicæ plurimum insudauerit veniam sumpsisse, non me pœnitet, nec pudet, immo sum opere delector, notaui mus ex Galeno lib. 7. de compos. phar. loc. cap. 2. aquam pluialem astrictoria facultate pollere, quam opinionem sectati sunt Rufus, et Aëtius, tetra. 1. ser. 3. cap. 165. Superst nunc animaduertere, quòd in fontanis

De laudib. aquarum tam pluuiar.

aquis non adest adstrictio; ergo nō probè acti-
tatur substitutio: præterea antibalomeno, si
industriosi, & diligentes fuerint myrepisci, nō
eagent, nam aqua pluuialis per diutinum tem-
pus à putredinis vicio vendicari potest, quod
si corrumpatur, Theor. 11. vt sit corrigenda &
præparanda notabimus, quod si quispiam in
aliquibus locis vitam agat, in quibus aqua
pluuiali destituatur, propterea quod nō pluit,
vt in Paphos, in Neo oppido Traades circa Si-
mulachrū Mineruæ, vt confirmat Plinius lib.
natur. histor. 2. cap. 96. fontana vti poterit, ad
medicamenta tamen aliquid quod astringat,
permiscenda est, rei ratio sic poscit, quæ si li-
mosa, turbida, aut cœnosa & male olens fuerit
aqua fontana, aut pluuialis decoquito, sed ad
quam quantitatem, & quomodo Dioscor. nec
Galen. non conscripserunt, Plinius tamen lib.
31. c. 5. ad medias decoquit, vt quod inest pra-
ui, ad fundum petet, & separabitur, vel fiat,
quod Theor. 11. dicitur de correctione aqua-
rum: addimus nos rursus illud quod à Galeno
commendatum est sub commento illius tex-
tus Hippoc. lib. epidemiar. vbi ait, aquarum
arte carentium, quod si aquæ male olentes fue-
rint, alijsque vitijs apprehensæ, vt rectè ad po-
tandum redigantur, per graciles vrceos, & la-

quam fontānar. Sc̄ur aquā dicatur. 143
xos percolentur, vt in Alexandria fieri mos
est, per quēdam non simpliciter, sed in laxita-
tem artificiosē parata, tunc namque tenuē
percolatur, subtilis efficitur, atque leuior,
& penetrabilis: ex hac Galeni doctrina s̄epe.
numero suspicatus sum, iuniores Medicos ar-
tē distillandi aquas per mortarios lapideos sus-
cepisse: de ijs hactenus, deinceps alia subiun-
gam.

THEOREMA VIII.

*In quo ostenditur modus cognoscendi aquas
fontanas probae an perniciose
sint.*

Satis superque de delectu aquarum pluvia-
rum, in superioribus dissertum per me
est, rei ratio nunc præstat, vt de aquis fon-
tanis disputemus, textumque certum & genui-
num Hippocratis inferamus, ipsumque mani-
festum & perspicuum reddamus ex lib. de aë-
re, aquis, & locis, iacet textus sic: Optimæ a-
quæ sunt, quæ ex sublimibus locis, & terreis
collibus effluunt, hæ enim dulces sunt, & vi-
nim modicum ferunt, sunt etiam albæ, hyeme
calidæ, & estate frigidæ, tales verò fuere ex pro-
fundissimis fontibus, tales laudare confert,
quarum

De laudib. aquarum tam pluviarum,

quarum fluxiones ad Solis exortus erumpunt; præsertim ad æstiuos, necesse autem est odoratas esse ac leues, expeditissimum est hanc Hippocratis lectionem amplissimorum authorum decretis, claram & apertam ostendere: inquit ergo Jacobus Fontanus lib. de rebus non naturalibus 1. cap. 11. ex altissimis fontibus & locis aquæ erumpant, nascitur ibi purior aëris, & tenuior, item è terrenis collibus, qui careant omni excessu qualitatū, quia per terram excolatur aqua, & purior fit, et si cœnosum quidquā ex mari trahat, & in se contineat per terram illam percolatur, talis aqua dulcior fit, quæ nulla alia re sit inquinata, et si parum vini cum dicta aqua permisceatur, vini saporem adquirit, citèr erunt hyeme calidæ, æstate frigidæ, per antiparistasim erunt ex profundissimis fontibus, & refert Jacobus Font. quod litera Hippoc. hoc modo intelligi debet, quod fontes in pedibus montium sint; et quod emergat ad Solis exortum, odoratas consulit Hippocr. debere esse aquas: ei tamen aduersatur Jacobus hac verborum serie, si odorem spirant aquæ, calidæ sunt, & siccæ: sed hanc dubitationem sic diluit, quod aquæ non propriè odorantæ esse debent, tenues, id est leues, ut promptius pervnuerfas corporis partes permeent, neque in hypo;

pocondris corrumpantur, & quia de ijs in fine
Theor. enodatiūs dicetur: reliquēst ex sentē-
tia Homeri alias superaddere selectiones, ut
clarior sit doctrina Hippoc. inquit ergo Ho-
merus.

Sed in cibite portus fluit limpidam aquam.

Fons sub specie, unde fluebat limpida aqua.

Sint vero candidæ aquæ, ut ait Homerus.

Fontes verò quatuor fluebant aquam candidam.
Ad hęc sint liquide aquę, ut optimę sint, que
salubres et bonę erunt, nam ut asserit Tiraque-
lus lib. de nobilit. Medicorum idem est, ac si pa-
lām preferet, sint aquę clare, lucentes, purae, &
sine sordibus: et hoc etiam testatur Virgilius
eclog. 2.

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Exponit verò Seruius Virgilij commentator,
liquidæ et pure aquæ id est, sine pestilentia, et
prauo odore: et libro Georg. 2.

Pocula sint fontes liquidæ.

Et Ouid. lib. 5. Fastorum.

Est mibi facundus dotalibus hortus in agris;

Aura fuet: liquide fratre rigatur aqua;
Ut iam in vnum omnia redigam, de bonitate
aquarum fontium lege Tiraquel. de nobilita-
te Medicorum, ubi de aquis liquidis, perspi-
cuis, nitidis, perlucidis, splendidis, candidis

De laru. aquarum tam pluuiarum,
ad vnguem exactissimè disputat, et abstinen-
dum esse à sordidis, turbidis, crassis, fœtidis,
nitrosis, docet; idem consulunt Aëtius, et
Paulus.

Restat nunc tradere, et si diximus, quomo-
do aquæ sint odoratae, quas præter Hippoe. cō-
mendauit Oribas. lib. Euporiston, et in pluri-
mis montibus Camburiæ, et Mesopotamiæ in-
ueniri ait: contestatur idem Plin. lib. 31. cap. 3.
et rationem tradens dicit, quod in eodem fon-
te fuit luno perfusa, ut fabule tradunt.

Restat rursus oculatissimè iterum conspi-
cere, quare innumera Medicorum turba, odo-
rata debere esse aquas confirmat, Teophr. au-
tem eis non subscribit, sed eorum rationes
susque de quæ facit, ut constat ex lib. 6. de cau-
sis plantarum, cap. 28. ait: Cur aqua, quæ tenuis
simæ est, omniq[ue] sapore, et odore vidua, et
omnino syncera, et nitida, nullum potest recipi-
pere odorem, quæ autem sapida, olida, crassaq[ue];
est recipere potest: subdit deinde, vinum tamē
etiam si res odorata nō sit iniecta, sed iuxta po-
sita odorem potest attrahere, quod calorem in-
se habet, vis enim caloris est, qui attrahit, quā
cum aqua nullatenus habet, est enim natura
frigida, nihil attrahere potest, sed amplius
quod suscepturum seruaturumque est odore

non

Quam fonte. Et cur aqua dicatur. 143
non tam tenuis simplexque, quam aqua esse debet, odor enim receptus in eo delabitur, atque effunditur; usque adhuc grauissimus, & inclutissimus Theoph. admiratione sum correptus, quod cum Hippocrat. pariterque Oribas. sint Medicorum coryphei, & aquas odoratas probent, sint, qui adeo stolida verba concinnat, ut eis aduertent, & non solum illos, qui rebus nouis gaudent, fallunt, sed Medicos, qui per tepus arti insudarunt. verum si primo intuitu paradoxum trahere videantur, cum in manus amplissimorum Medicorum feratur, planè horum impostura detegitur, modò nummorum aureorum, qui tenuissimo auro circumtexti fraudem non ostendunt primo intuitu, sed manibus agitati malitia eorum detegitur.

THEOREMA IX.

Vbi explicatur, ex quibus fontibus aquae sint exhaurienda, Et quas inspicere partes debeant.

Cram impendere maxime conuenit, hoc Theorema cum altero coniungere, ut diuini Hippocratis textus dilucideatur: quamobrem non alienum erit, testimonijs

De laudibus aquarum, tam pluuiar.

nijs Oribasij, & Herodoti illustrare, inquit Oribas.lib.4.sinop.cap.41.& lib.5.collecta. ex Rufini authoritate de aquis, cap. 3. terra alia plana est, alia collibus, alia montibus continua-
tur; plana omnibus deterior, multi putei fossi-
les, & resides fontes ibi sunt, colles verò, & mó-
tes potiores sunt, nam & puriores, & tenuio-
res, & odoratores ibi sunt, proinde dulciores,
& suauiores aquæ: præterea effluunt è monti-
bus, qui alij terrei, alij petrosi sunt, terrei aquas
ferunt præstantiores, & minus frigidæ sunt, sa-
xei aquas deteriores tum duritie, & frigore,
Aëtius tamen tetr. 1. fer. 3. cap. 165. si citò calo-
rem concipient, & refrigerent, et si facile ci-
bos concoquant, et carnes & alia in ventre: fon-
tes tandem, ex quibus sumi debent aquæ, pro-
fundi sint, ratio hæc est, asserit Hippocrates
lib. de aëre, aqua & locis, quod Sol attrahit ad
se, quod tenuissimum est, tam ex mari, quam
ex fluminibus, & lacubus, remanet autem cras-
sum, & cum sint profundi, nō fit tāta resolutio,
ut si essent in superficie terræ. Laudatur rufus
fontes, quorum aquæ ad Orientem erumpunt,
quia solares radij non solum speluncas corri-
gunt, & fœtidos odores castigant, sed vitia
aquarum fontium dissipant, ipsasque aquas
claras, candidas, liquidas, & perspicuas, dul-·

ces, odoratasque reddunt: quod conspiranter fatentur Aëtius, & Rufus, cap. de aquis, & etiā esse laudabiles, si calidas in vicinitate non ha- buerint, destituantur tamen crassicie, astricione, nitrositate, neque aliquid instar lapidis vasi adhæreat cæterū quia de omnibus in uni- versum aquis tractare prolixum, & difficili- num est, ut cap. de aquis protulit Dioscorid. propter locorum proprietatem, & peculiares cœli naturas, & plurima alia, ad decimum Theor. me conferam, vt notior sit aquarum præstantia.

THEOREMA X.

Exponit quām conuisa sit ratio eorum, qui aquas petras laudant.

Non possum non solum aliquos Medi- cos accusare, sed etiam Philosophos taxare, qui imprudenter, absque cō- filio, & ratione deblaterant; confirmant autē, quod aquæ, quæ à petris scaturiunt, maiori &c excellentiori præpollent facultate, quām quæ à montibus, terreis, & sublimibus defluunt, et si sit ad exortū Solis, aiunt speciosiores esse, quæ ad Septētrionem erumpunt, quarum de-

Delaudib. aquarū, tam pluniar.

prauatarum opinionum Columela fuit, necnō
Galenus lib. de bonitate aquæ (si verus est)
quibus constipulatur Horatius lib. 3. Ode 13.

Fies nobilium tu quoque fontium:

Me dicente causis impositam ilicem

Saxis:—vnde loquaces

Lymphae desiliunt tua.

Præterea ut suam contestentur censuram affe-
runt carmina Homeri, ex lib. 17. Odiseæ:

Frigida autem desiluebat aqua ex alta petra,

Adhuc non carent reprehensione iactabundi,
& insipientes quidam Philosophi, qui prædi-
cta afferant, & pro teste afferunt Hesiodi Car-
men, sic:

Longè in aureo vase celebrem aquam

Frigidam, quæ ex petra desfluit alta.

Verum enim uero in quam densissimas teae-
bras prædicti authores lapsi sunt, & humano
capiti ceruicem iungerint equinam, Galenus,
& Hippocrates ostenderunt hic lib. de aere,
aqua, & locis, ille libro sanitatis tuendæ. 5. cap.
15. ubi ait, quæ è petra emergunt aquæ, & ver-
sus Septentrionem sunt crudæ & male, tardif-
simè penetrant, & in hippocondriaca putrefac-
cunt, tardè legumina in eis decoquuntur, que
ostendunt prauitatem magnam in aquis: cuius
re i testis cit Galenus lib. 6. epidem. co. 4. ubi
cru-

crudas ostendit esse aquas, si carnes & olera tardè decoquantur: cuius farinæ est Oribas. lib. 5. collecta. cap. 3. sanè vitiosæ sunt aquæ Septemtrionales, et ex petris, quia hyeme frigidæ, æstate calidæ sunt. Rursus meritò à me carpensus cum reliquis est Philosophus Petrus Mexia lib. 2. variarum lectionum, cap. 25 qui assueranter testatur, quod aquæ, quæ ad Septemtrionem vergunt, et ad Austrum, sunt præstantiores alijs, salutique hominum pulchriores, aërques subtilior, crassior Meridianus; sed tamen ut consopiamus omnes prædictas authoritates, Hippocrates lib. de aëre, aqua, et locis sic ait: Aquæ quæ à Septemtrione ad Austrum vergunt, culpanda sunt: siquidem si mulieres eas deuorent, laboriosè cōcipiunt, et fœtus pariunt magnos, tumidos, et purgatio post partum commoda non fit, pueris herniæ contingunt, vires varices in tibijs, ex quibus fieri non potest, ut talis naturalonga sit, sed ante tempus senescat: duræ ergo, incoctiles, ceno seque existunt, item si ex mineris aureis, argenteis, sulphuris, aluminosis, nitrofisis, aut ab alijs metallis fluant: de cætero, qui liuore non fuerit perfusus, et pertinacię potius quam veritati fuerit addictus, facile adduci poterit, quæ de aquis fontanis, aut pluuijs sunt tradita, certissima esse.

THEO-

De laudibus aquarum tam pluuiarum,

THEOREMA XI.

*In quo vigilanter ventilatur, quæ aquæ vi-
cem fontanarum penset, & si prauæ sint,
quomodo corrigantur.*

Si quispiam aquam cum omnibus suis no-
tis laudabilem nancisci non possit, eius
penuria, non extra rem fuerit, aliam quā
cunque eligere, sicut ait Galenus lib. suprà à
me citato; eius tamen doctrinam sic intellige-
re decet, dummodò aqua ex locis petrosis non
effluat, ex terrestribus fontibus accommoda-
tissima est, quæ si aliquantis per turbida existat, simul cùm crassicie, apta ad omnia cōside-
ratur, si tunc vt ait Oribas. lib. 5. collect. cap.
3. elixetur in vasis fictilibus, & in nocte refri-
gerata, & iterum calefacta, extenuabitur, atq;
prauitatem dimittet, dulcisque & potui be-
nigna reddetur, vel fontanarum bonarum lo-
co facies, quod ab Aëtio commendatur, si aquæ
limositatem, fœtorem, aut crassiciem reti-
neant, aut à montibus fontes emergant aquæ,
& petrosæ sint. Fouæ per interualla siant, vt
partes crassæ, cœnoſæ, & falsæ aboleantur, per-
currant autem per terras dulces, argilosas, &
pin-

quam fontanar. Cur aqua dicatur. 148
pingues, vt ait Plinius lib. 31. cap. 5. consulit idē
Theophrast. lib. 6. de causis planta. cap. 3. A-
quæ tales sunt, qualis terra, per quam effluit:
& hanc tenet sententiam Oribasius, dum sic
conserbit, quamuis aquæ plurimum colen-
tur, à sordidis corporibus facultates à terra re-
tinent (oportet ergo, vt terra optima sit) & cō-
trahunt. Præterea candidè atque concinnè,
aquarum foetidarum, earumque malignita-
tem domauit & præparauit Guilielmus Gra-
tarolus lib. 1. cap. 4. de regimine iter facien-
tiū, vel equitum, aut peditorum, aut rhedarū,
qui ita refert: Accipe aquam si puram, nitidā,
dulcem efficere, atque claram exoptas, & diu
in vase mundo residere permitte, vt crassicies
fundum petat, deinde leuiter coletur, & cum
bono vino permisce, aut aqua per alambicum
distilletur, aut philtrum, aut pannum initus po-
nendo, sed gratior est aqua quæ per distillatio-
nem conficitur, non per plumbea aut ænea va-
sa, sed per vitrea, aut pura stanea: paratur e-
tiam aqua aut dulcior efficitur, si per lanam
tortam coletur, cuius vna extremitas sit in a-
qua, alia in vase, & si pluries hoc opus fueris
aggresus, aptior & commodior aqua erit, simi-
liter & speciosior, vt amaritudinem & foeto-
rem dimittat: rursus si terram simplicem, aut

*De laudib. aquarum tam pluviarum,
lutum intromittas, & gratim, vt antea distil-
letur, consimiliter aqua purificabitur, si parū
aluminis iniiciatur, & si crassa extiterit, atte-
nuabitur: vsque adhuc Gratus.*

*Si quis tamen adeò proterius extiterit,
vt à suis principijs et fundamentis desistere
nolit, sed nostra scripta villipendat, et obiur-
get, facile ei cederem, et me multis modis hal-
lucinasse nunciarem, nisi in sequentibus Theo-
rem. latius et clarius explicarem,*

THEOREMA XII.

*Per quas plantas & riuulos percurrere de-
bet aqua fontana, ut bona sit, etiam de
aquis putoerum & fluminum
dicitur,*

LAUDATISSIMA & OMNI NITORE DIGNISSIMA
aqua è fontibus illa erit, quæ percurrat
per terram simplicem: est autem quæ
nullā alterius terre mixtionē suscipit (vt chal-
cantis, aluminis, ferri, aut alterius metalli) est
ergo dulcis, & facile solubilis: tunc ergo plan-
tæ pullulabunt splendidæ, & ad hominum salu-
tem accommodatissimæ, vt sunt nepeta, eupa-
torium,

torium, adiant hum, sium, sibimbrum alterum, tlaspe sinapi, arist longa, & rotunda, quæ si aliquid vitium in eis scatet, aquas castigant, pretioseque domant. Maleficam autem & perniciosa facultatem in aquis infundunt, vbi herbae malignæ sunt, ut probat Oribasius lib. collecta. 5. cap. 3. Taxus induit ob vicinitatem venenum, quare ab aqua, vbi caulem fatiscit, mirum in modum abstinentiam: præterea & à rhododendro, quia aquæ saporem prauum, & ingratum, mortemque inducunt, & vt id exactè comprobetur, de solo nero erit tractatio, aliasque omitteram herbas. Matthiolus super Dioscor, lib. 6. cap. 12. differens de nsri curatione, inquit: Aquæ fluviorum, lacuum in quorum ripis nerus crescit, si folia decidant in flumina, & aquam quis deuorauerit, in magnum discrimin inducitur: Conciliator, qui Petrus de Ebano nuncupatur, lib. de venenis, cap. 31. hæc profert verba: Qui assaturam in veru excissam ex oleandro, aut qui dormierit sub umbra, aut biberit aquam fluminis, sub cuius ripis crescat oleander, patietur æstuationem, aut amentiam, et rugitus in ventre, vidi et ex pertus sum, et arborem effrenatam, et continere deletheriam facultatem confessus est Alzarabius, cuius doctrina

De laudib. aquarum tam pluviar.

nam plurimū extollerunt Matthæus de Gras.
et Hieron. Mercur. lib. de morbis pueror. præ-
terea iniucundæ, et malitiosæ nominabuntur
aque, si per Sulphureos fontes aluminis, au-
reos, aut argenteos deriuentur, duræ enim
sunt et difficulter minguntur. Sed forsitan Do-
ctoruli inscioli insurgent, et nos altè dormisse
proclamabunt: rogabunt autem, quomodo
aque auratæ pernicioſæ sunt, siquidem pro dy-
fenterijs, et melancholicis, et alijs morbis fre-
quenter utimur, ut opeſula de satiatis, Theor.
21. descriptum est, quod Ther. obſecra lega-
tur, vbi ſigillatim hanc diluimus controuer-
ſiam: vnum tamē tacere non possum, ſed aper-
tè ostendere me primum eſſe huius concilia-
tionis indagatorem, et inuentorem, ut Theor.
citato videbis. Sed tamen admiratione profe-
ctò dignum eſt, quod plerique Medicorum te-
ſtantur, aquam eſſe in oppido de Madridejos,
quam vocant de la Fuente de las Terradas, et
multis pollere virtutibus in omnibus affecti-
bus dicunt: ſed quod ab ea ſit abſtinendum, li-
quet, non ſolū ex Galeno, ſed etiam ex Plini-
o lib. 31. cap. 3. vbi aquarum ſalubrium men-
tionem facit, et ait: Aquarum ſalubrium nul-
lus ſapor eſſe debet: quam opinionem ſecta-
tur Paulus, et Rufus, quod oportet in gusto, aue-
odo-

quam fontanar. Cur aqua dicatur. 250

odore aquæ malum saporem non representat,
tamen si gustum exerceas, quandam in suauita
tem reperies: deinde hæc fontana aqua de las
Terradas ad Septemtrionem vergit, multas
que deiectiones efficit, quæ ut probabo, prauis-
tatem in aqua demonstrant: perpendere vero
oportet, si verum est, quod ab illis traditur, sa-
lutiferam præbere facultatem propter virtu-
tem occultam, quamplurimæ plantæ, fontes,
& lapides obtinent, etiam & animalia: de plan-
tis patet ex Galeno, qui lib. simpli. medica. fac.
de aliso ait: Alisum morsui canis rabidi auxi-
liatur, dictumque est, talem facultatem à sola
esse experientia, & planè nulla constat metho-
do, & in herba, quæ equisetum dicitur, cognos-
citur hæc virtus abdita, siquidem sudorem ve-
hementer mouit, & deiectiones retinet: papa-
uer rubrum cum exactè frigidum sit, sudorem
prouocat, si earum herba decocta sumptitentur;
& quod in fontibus secretum inueniatur, ubi
aquæ sunt, iudicem censoremque mihi consti-
tuere decreui, qui controversiam dirimat, etè
medio tollat, qualis Oribas. est qui lib. colle-
ctaneorum 5. cap. 3. arcanam quandam esse fa-
cultatem in aqua, in fontibus, & locis Leontis,
de qua si quis biberit, moritur, alia in Phanaeo
Arcadiæ, alia in Sarmatas, in quodam sta-

011 De laudib. aquarum tam pluuiar.

gno, per quod aues volare non sinit, alia in Lyceti, quæ homines ebrios facit; astruit præterea Plinius lib. 31. c. 10. in Macedonia non procul ab Euripidis sepulchro duos concurrere fluvios, alter saluberrimi potus, alter mortiferi. Aqua in lapides concrescere multoties in Hispania videtur; ex prædictis crediderim ego, abditam et secretam continere virtutem, ut omnibus morbis opituletur, quam vt ait Abenzoar, nisi solus Deus non cognoscit.

Omittendū non est, quomodo sit aquis puteorum vtendū, siquidem in eis summa perniciēs latitat, Oribas. lib. 5. collecta. c. 3. aquam puteorum vilipendet: quām doctrinam fateatur se accepisse à Rufo lib. de aquis in 2. lib. de dieta, vel potionibus, ait ibi: Non admodum aquæ puteorum tenues sunt, quia cūm intro in gressae sint, minūs madefaciūt cibos, atque disoluunt, et pro crassitudine minūs concoquuntur, & quia frigidæ sunt, non per vrinam bene excernuntur, aptiores existunt ad potum, si crebrò exhaustantur, at si effluent, tenuiores resquaerunt, nā quæ per vrinam secēdunt, aptissime sunt, quæ verò per intestina evadunt, deterrimæ (nota de aqua de las Terradas, qua in curia invictissimi Regis, et Christianissimi Philosophi Tertij vntūt, quod plures deiectiones mo-

quam fontanar. Et cur aqua dicatur. 151
uet) siquidem intestinorum dolores, lapides in
vesica & in renibus gignunt. Prædictum testi-
moniū, quod crebro aquæ exhauriuntur, ut te
nuiores siat, patet ex Ouidio, qui sic scripsit; &
vitium caprāt, ni moueantur aquæ: cui etiam
subscribit Ioseph. lib. antiquitat. Iudaicarum,
cap. 3. Moïses imperauit illis, qui iuuentute va-
lebant, haurire aquam ex puteis, dicens, quod
prius effusa plurima, quoad ultimum remane-
ret, ut eis esset potabilis, & illi laudauerunt di-
ctum: aqua vero frequentibus contusionibus
exercita & purgata, tenuis facta est, & potabili-
lis, cum ea esset salsa et amara: et quod cursu
et recursu aquæ tenuiores siat, sensit Plin. lib.
31. cap. 3. ait sic: Merito stagnantes aquas, et pi-
gras vilipendunt, siquidem quæ profluunt, pre-
stantiores habentur, cursu etenim et percussu
extenuantur, et prosunt. Fluminū Præterea a-
quæ accusandæ, et refellendæ sunt, si morosè
percurrent, et herbis venenosis impactæ fue-
rint, quo sit, quod si allegata confeceris, appro-
batissimam aquam non solum pluuialem,
fontanam, aut fluminum compara-
supiles etibis, sed etiam puteorum.

QVIN-

QVINTA PARS

NOSTRÆ POLYANTHEÆ,
vbi de delectu tritici flavi, aut fului tracta-
tur, item de candarusio: & an filigo purif-
simasit farina, vel semen, item de
clibano, furno, panc, &
sale.

THEOREMA I.

*Quid sit filigo, & an semen, vel farina purissi-
ma tritici flavi, aut lutei, vel candaru-
si sit, disputatur, & de panc
& sale.*

 *Si Quid erat controuersum, ri-
xidum, aut caligine aliqua in-
uolutum, suprà cùm de aquis
dispatauimus, maximo animi
candore commendauimus, &
in melius reduximus, & quia pro rudioribus, &
alphabetis copiosius, quām par erat, aliqua
sunt exarata, summatim aliqua conscribam,
tam de filagine, quām de semine tritici flavi,
vel lutei, aut candarusij: multa profectō tritici*

ge-

quid sit siligo, de cibano & farno.

152

genera principalissima à Theophrasto lib. 8.
de historia plantarum celebrantur, apud nos
autem optimū ex natura duplex est, quoddam
appellatum trechel, quoddam candeal, siue pā
blanco, à Barbaris candaru siue appellatum,
à Græcis chodron, vt adiuratissimus testis est
Christophorus à Vega lib. 2. de arte medendi,
cap. 4. Tamen laudabile est menti commenda-
re, quod sit siligo, siquidem inter authores mag-
na, & grauis est controuersia. Antonius Nebris
sensis in Diction. candeal, siliginem esse osten-
dit, idē & Calepinus. Ceterum maior fides est
præstanda Medicis, & rei herbariæ cultoribus,
qui siliginem appellabant subtilissimam, &
purissimam farinam, vt liqueat ex Galeno 1.
de antido. cap. 1. & lib. de ther. ad Pisonem (si
verus est) et apertius testatur 1. de alimentor:
facul. c. 2. ibi ait. Pars subtilior farinæ siligo est;
quam appositiè commendat Galenus ad tro-
chiscos viperinos: verumenimuerò ad secun-
dæ valetudinis vsum, præstantior & speciosior
habetur, quæ parum furfuris sortitur, frequen-
tiùs ea utimur ad panes conficiendos, probè
alit, et nobis familiarissimus est cibus, vt tener
Do. Vega, quem sectatur Episcopus Sarnensis
in regulis (qui Ludovicus Gomez nuncupa-
tur) de impetrant. quæst. 13. ibi ait: sicut inter

EUDIT

vina.

De delectu triti. candarusij et flavi

vina Phalernum vīnum primas tenet, sic panis
filigineus propter candorem cæteris præstat,
& Imperatoribus conceditur. Refert verò post
modum Episcopus, Imperator Augustus à pa-
ne filigineo se abstinuit, et secundario et vul-
gari est usus, nam ægrè concoquitur primus
panis ob candorem. De quo etiā meminit Trā-
quillus in Octauio: panis tandem secundus, id
est, famulorum, ait Episcopus, sumendus est,
quia magis corroborat, et ad sanitatem corpo-
ris confert, quia humores flegmaticos desic-
cat, et consumit, magisque per ventrem sece-
dit, quam filigeneus, præsertim si ex farina tri-
tici flavi panes confiantur, qui tardè cele-
brantur in stomacho, ut ait Galenus lib. 1. de
alimentor. facultatibus: sed quomodo coctio
sit adiuuanda, rectius Theor. 10. dicemus: hoc
autem hic finem sortiatur.

T H E O R E M A II.

In quo eleganter disputatur, quod omne ge-
nus tritici maturum esse debet, et si aliter

Dioscor. Theophrast. & Plin.

consulant.

FAt eorū sanè insipientiam nunc meam, cùm
tam grauissimis, & nominatiissimis autho-
ribus

Et quid sit filigo, de clibano, & furno. 153
ribus inficias ire in animo est, sed cum in dies
noua demonstrentur, fortassis aliqui non con-
temnendi classici nostram amplectentur (om-
nia missa calumnia, atque inuidia) censuram:
Protulit acerrimus herbarum indagator Dios-
corides, in praefatione sui voluminis de re her-
baria, quod fructus sint maturi ad medicamen-
ta, & commanducandi sunt: refert insuper,
quod semina sumantur, antequam decidunt;
sed ut menti Medicorum, & myreplicorum
res adhaerent, prius quid sit fructus enuclea-
bo. Theophrast. lib. 1. de histor. plant. cap.
3. fructus illos appellat, qui carne & semi-
ne constant: cui opinioni Galenus refragatur,
siquidem semen pro fructu accipit, ut manife-
stissimum apparet lib. 6. de simplic. me-
dicament. facult. cap. de vrtica, idem 8. simplic. me-
dicam. facultat. cap. de se seleo, vbi ait: fructus
scyllæ, periclymeni fructus, sed cum de ijs cur-
sum Galenus differuerit, Theophrastum vera-
cem facimus. Convenientissimum nunc existit
in propatulo reddere Plinium lib. 18. cap. 13.
non optimè esse loquutum, qui ita refert: Lex
aptissima est, antequam granum indurescat,
& cum iam traxerit colorem legere, tunc nam
que robustius, & selectius: sed deceptus est; nam
indurescere semina, ut bona sint, necessè est.

Qq

Huius

De delectu tri. cand & flavi,

Huius erroris particeps etiam fuit Theophras.
lib. 8. de histor. plantarum, cap. 10. sonant eius
verba sic: Triticum, & quoddam hordei genus
non penitus exiccari patiuntur, quod ad reddē
dam farinam meliora minūs arefacta putan-
tur: & lib. de causis plantarum, cap. 15. Triti-
cum ob dulcedinem facile corrumpitur à ver-
mibus, cùm autem recens est, tunc est dulce;
expedit ergo, vt à vermis non corrumpa-
tur, perfectè & integrè triticum maturum sit.
Prætereundum tamen non est, quòd Dioscori-
dis sententia non est audienda, cùm dicit: Su-
menda sunt semina, antè quām decidant; nam
nihil nostra interest, vt aliqua semina decidāt,
dūmodò alia in spicis & herbis integra & per-
fecta sint, saltim in seminibus ad medicamen-
ta, vt ad trochiscos viperinos, in quibus inue-
nitur farina silaginea, & cùm parua quantitas
est farinæ, benè & illustre fieri potest, vt grana
tritici candarusij integra, & cum omnibus suis
dotibus perfecta recondita sint, & reperiantur
inspicis, sumpsit profectò Galenus lib. de anti-
dotis ad theriacam construendam, quadragin-
ta dracmas chalcitudis, vt quatuor, quæ neces-
sariæ erant ex combustione perfectè extrahe-
rētur, quippe sic ex spicis multis grana erunt,
(ad farinam efficiendam) candarusia fractu cō-
tuma-

Et quid sit filigo, de clibano, & furno. 154
tumacia densa, alba, (in flauo tritico nitet color flauus) lucida, matura in pingui terra adulata, ponderosa, rotunda, non flacida neque rugosa, quæ non per immaturitatem à bestiolis sint damnata: seruat etiam seletissimæ istæ electiones in tritico flauo. Prædicta omnia cōtestatur acerrimus herbarū inuestigator And. Matthio Senensis, comment. 2. cap. 78. super Dioscoridem: cùm hoc tamen prætereundum non est, quod immaturi fructus in quibusdam affectibus præstantissimam vtilitatē præstār, huius sensus sunt, sorba, cithonia, myrtus, quæ ad eos, qui sanguinem per os reiecent, & fluxionibus intestinorum cruciant, primas tenent.

Ad hæc explodenda, & abominanda est quodrumdam rusticorum vana, & insulsa excogitatio, qui ante tempus in segetem falcē mittūt, præsertim in hordeum, freti vulgari adagio (*la cenada en la gauilla grana*) pretium tamen est operæ intelligere, quod cùm Luna humida sit, noctu humidum hordeum reddit, & flatuosum atque tumidum, & tunc arbitrantur ruricolæ, accrescere hordeum, attamen aduentate Sole, humiditate abolita, hordeum instar linguae pasferinæ redditur, semina tandem matura, & frustus esse debent.

De delectu tri. cand. & flavi.

THEOREMA III.

*In quo aliae selectiones tritici flavi, & canda-
rusij considerantur, & cui semina
terre sint fidenda.*

AD vnguem in primo Theor. siliginem pu-
nissimam esse farinam triticorum flavi,
& candarusij exarauimus, de quibus nūc
aliqua sunt inferenda, vt pretiosi & præstan-
tissimi panes construantur, & ne agricola in
principio suę seminationis defraudetur, cōside-
randum est, quod singulis annis nouum semen
indagandum est, illud verò erit, quod integrū
annum compleuit, vt contestatur magnus po-
lyhistor Plinius lib. 18. cap. 24. triticum opti-
mum anniculum esse debet, bimū deterrimū,
trimum pessimum, ultra sterile: eādem secta-
tur doctrinam Theophrast.lib. 8. de histor. plā-
tar. cap. 2. quod etiam ad seminandū appro-
barunt Varro lib. 1. cap. 2. & Columel.lib. 2. ca-
pite 9. Dummodo triticū signa laudabilia ob-
tineat, de quibus mentionem fecimus Theor.
2. Addendum etiam prædictis notis bonis est,
quod tempestates non suscepserint semina, ne-
que ob aliam causam, vt recte consulit Theo-
phrast.

E quid sit filio, de clibano & furno. 155
phrast.lib.5.de causis plantar.c.4.vbi dicit,pri-
mis exesis germinibus nihil amplius germina-
tur, sed protinus germinandus fluxus cessat,
quam etiam sententiam lib.de cauſ.planta-
rum recitat.Doc̄ta pr̄terea eſt,& notatu dig-
na alia Theophrast.sententia,quam lib. 3. de
cauſ.plantarum ſcribit,prouentus plantarum
in fructibus talis eſſe debet, quale ſemen: no-
tanda profecto pulcherrima illa opinio vulga-
ris eſt,quæ communiter circum fertur, quod
qualis pater fuerit,talis filius nascitur,& ſic
Stobeus cap. 88.

Heu heu, ut illud dicitant, recte probum,

Patre ab improbo, non potest nasci filium.

Et iterum apud eundem.

Hunc ergo patrem tanta modestia preeditum,

Et cum bonis conuerfando pietate coluisse noui.

*Quo pacto igitur à tali homine malus nasci-
tur, nullus hoc mihi persuadebit ynquam, et
Theogenes.*

Nam enim ex scylla nascitrosa, aut hyacinthus,

Sed neque ab ancilla filius unigenus.

Finaliter expōderofo et probē nutrito tritico,
elegans et commendabilis generatur, et fit pro-
ductio, quod ſemen ſemper eſt amandum : a-
bominandum autem & improbandum quod
agricolæ faciunt,dum paruum & minutum tri-

Dè delectu trit.cand. & flavi,
ticum seligunt, quia ampliorem terræ partem
cum eo quam cum bene nutrito occupant.
De cetero si terræ conditionem scire exoptas,
quæ integrum triticum caulem fatiscere pos-
sit, confspice quæ à Theoph.lib.citato.cap.12.
commendatur, vt vberimum fructum terra
pullulet, non sit stercorizata; sit autem sim-
plex; si stercorizatur, adulterium in plantis cō-
mittitur, cuius ratio pulcherrime tractatur
Theor.8. Interim referam tamen, quod candi-
rusum aut flauum triticum sit, vt ait Paladius,
allatum ex regione cognita, & ex parte vbi
multum grandescit: quam sententiam prius
dixerat Theophrast. lib. 8. de histor. plantar.
cap.8. Semina meliora aut deteriora cultura
fiunt, & propter loci proprietatem, qua in re
non parum confert, terra turgentis semina cō-
mendare, vt semina celebrentur; ab hac ter-
ra proficia grana renascuntur, sicuti ait Theo-
phrast. animantium foetus tunc bene agitur,
cum semen libenter suscipitur à vulva, sic tur-
get solum humectum atque tepidum statum
temperatum aér obtinet, ita sensit Theophr.
de caus. plant.li.3. cap.8. & vt bonū sit triticū,
cum aere Boreali, vt purulentiam dimittat, pu-
rificetur, quæ putredini est apta, vt Columela
est author: quam industriosam sententiam an-
tea

E quid si filio, de cibau & fasto. 156
rea p̄dixerat Theophr.lib.de plantarum hi-
storia 4.cap.17.frigidus aēr, & siccus cūm sit
Achilonius, innumera seruat, imò omnia: erit
deinde triticum commendabile, quod in ima
area subsedit, ut ait Plin.lib.18.cap.24. & quia
de hac doctrina enodatius & cōmodiūs Theo
re.7.sumus dicturi, ne bis repetatur, quia solet
fastidium tradere, finis hic esto.

THEOREMA III.

*Quo tempore sit omne genu tritici terræ man
dandum, deinde de eius viribus fit
dissento.*

Postquam triticum demissum extiterit, &
in domum delatum, summa cura recon-
di domi debemus, quo autem ordine
Theo. 7.conscribemus: reliquum est, ut provo-
tis omnia eveniant: quo tempore triticum sit
seminandū extricare, inquit Plinius, opiparam
& uberrimam terram ferre segetem, si crescen-
te Luna triticum terræ commendes, serena cœ-
li constitutione atque clementia, illa existente
in signis Tauri, Capricorni, Libre, vel Virginis.
Quam opinionem sectatur Alphonsus de Her-
rera tam in principio sui operis, quam in fine:
cui.

De delectu trit. et camd. & flavi,

cui constipulatur Hieronymus Cortes Valentinus li. de physiognomia naturali, cōsultissimū postea est, vt prudentissimis ruriculis, & proprijs dominis semina tribuantur, qui suis proprijs manibus ea spargant, quia vt vulgāriter circunfertur, pluris est domini vestigiū agro, quam villici stercorizatio: pluris est quo domini oculus, quam equisonis industria: pluris famulis paterfamilias, quam procurator: pluris Prætor, Consul, Rex, pastor, quam Proprætor, Proconsul, Prorex mercenarius. Nam ita est, per Apollinē iuro, quorundā hominum tam deprauata versutia, fraudulenta, & temeraria audacia, quod segetem defrugent, & propter inopiam seminum tribuli, zizanix, erucæ, aliaque herbulae perniciose quotidie pululent: huius euentus causa, viatores curiosi in dominos ejiciunt, cum potius perfidi & maleferiat ifamul sit opus. Credite, credite, ò prudētiſſimi agricultorē Mangonio Philosopho, qui magnopere commendat in fundo domum esse parandam, vt dominus singulis horis omnia perscrutetur, componat, eligat, & cum præſens sit, omnia strenuè in melius redigat. Supereft nunc differere de præstantia terræ, & cui fit semen exhibendum manifestare, Plin. lib. 2 cap. 63 excellenter, & perdoctè terræ bonita-

tem

E quid si filio, de clibano *E* furno. 157
té sic exponit: Terra cuiusni rerum naturæ par-
tium, eximia propter merita, cognomen indi-
dimus maternæ venerationis, sic hominum il-
la, vt cœlum Dei, quæ nos nascentes excipit,
natos alit, semelque editos sustinet, semper
nouissimè complexa gremio, iam à reliqua na-
tura abdicatos, tum maximè, vt mater ope-
riēs nullo magis sacramēto, quā quo nos sacros
facit, nomen prorogans nostrum, quæ nunquā
irascitur homini, aquæ subeunt in imbræ, ri-
gescunt in grandines, aër densat in nubibus, fu-
rit per colles, ad hæc benigna, mitis, indulgēs,
vſusque mortalium semper ancilla. Quæ coa-
cta generat? quæ spontè fundit? quos odo-
res saporesque? quos tactus, quos colores? quā
bona fide creditum ferus reddit? medicas sem-
per fundit herbas, & homini parturit, quæ ve-
nena nostri misertam instituisse credi potest,
ne in tædio vitæ, diræ famis, mors tenta nos
consumeret. Hactenus solertiſſimus Philoſo-
phus Plinius. Tamen eti prædictæ de terra lau-
des principalissimæ sint, ad procreationem
tritici, & aliarum plantarum, opontet intelli-
gere, & scire in qua prudentissimis ruricola
terra seminare debeat, vt nostrum candaru-
sum & triticum fructū graudecat, & propide
caulem edat. Terra ergo grata, & laudabilis
erit

De delectu tri. cand. & flavi,
erit si fuerit pinguis, mollis, atque simplex, &
nigra, ut tenet Theophrast. lib. 8. de histor. plā-
tar. cap. 10. hanc sectatur censuram Colum.
lib. 2. cap. 2. cui subscriptbit Petrus Crescentius; I
sed quia coloribus discernendi vnum ab alte-
ro fides non est præstanda, ut iſiſ carminibus
dixit Virg. Eclog. 2.

*O fermose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*
Decretū igitur est mihi aliā trutinare viam, ſin-
gularemque methodum, qua exactam cogni-
tionem terræ venemur. Erit ergo benigna, &
optima terra illa, in qua trifolium, eupatorium
Dioscorid. & ageratum Meluei caules edunt;
præterea ſidaucus, dipsacus, & aristolochia
floruerunt, ſed quam procaciter, & ineruditè.
Alphonſus Herrera in lib. de agricultura pro-
nuntiarit, terram eſſe bonam, & accōmodatiſ-
ſimam, in qua orni renascuntur, explicabo ex
Virgilio lib. 2. Georg.

*Fluminibus ſalices crassisque pallidibus alni, adq.
Nascuntur: steriles saxofis montibus orni,*
Quod carmen fatis aperte ostendit terræ steri-
litatem, & alborem; tamen verus & genuinus
deleſtus terræ ille eſt, ut afferit Petrus Crecē-
tinus, ubi de mense Septembri agit, ſi terra a-
quam accepit, & per aliquod tempus reſerue-
tur.

Et quid sit filio, de cib. & furno. 158
et fur, nam si citò evanescit, & dissoluitur, terræ
simbecillitatem ariditatemque ostendit. Re-
stat nunc inquirere, quo ordine, quaqué dili-
gentia terra sit excauanda, & aranda; quē mo-
dum scitissimè, & concinne nos docuit Theophrast. lib. 3. de causis plant. & Crescentinus
lib. 2. cap. 5. quos sequitur Columel. lib. 2. cap.
4. qui omnes assueranter testantur, non esse
arandum, neque seminandum, quoties affatim
pluit: nihilominus etiam si terra arida & ieju-
na sit, lutosâ cùm sic sit terra, nimis astricta sit,
in qua semen periclitatur, & deperditur, & per
tres, aut quatuor annos à fructu priuatur, quā
opinionem declarat Columela. Optimè ergo
administrabis, sineque multū humida, aut
sicca extiterit: utinam in hoc negotium pul-
cherrimum conspirarent omnes agri colones,
& rei rustice proceres, quo usque res esset per-
lucida, cognita, & absoluta.

THEOREMA V.

*Demonstrat, quantam curam ponere debeat
agricola ad bonum procreandum semen.*
*Et qui fuerunt agricultores, &
de horum laudibus.*

*Quicumque artem coloni accurate conse-
qui velit, oportet, ut inchoata adextre-
mum*

811 Dadelecta triti. candarufi, & flavi,

mum fastigium perducantur, quæ si via recta fuerint, non minimam suæ artis gloriam erit adeptus, ut consulit Aristot. in lib. Rhetorico-rum; itaque agricola sedulus & cordatus in or- nandis, & preparandis terris sit, & suis legitimi- mis temporibus semina terræ fidat, ne pro- pter segnitiem, mentisque hebetudinem plan- tæ in aliam degenerent naturam, & campus tythimallis, lolijs, & spinis alijsque prauis bla- tijs scaturiat, si minus maximum imminet pe- riculum, ad probant seminum collectionem, quod si perniciosis herbis terræ abundant, pro- uidè faceris, si ferro, igne, lapide, aut rastris, vel clastris terram expurgaueris, & notan- dū est, non esse mirum, quod tam multa, & va- ria instrumenta ad terræ mundificationem ad- ministremus, sed multo magis admiratione est dignum, si emisitijs oculis cōspexeris, quæ à Plinio lib. 18. c. 2. declarantur, quod olim ma- nibus Imperatorū coli solitos esse agros, gau- debat terra vomere laureato triūphali. Adeò proculdubio res rustica apud veteres, maiores- que nostros in honore erat, ut tradūt sacræ lite- ræ, Genes. 9. Noë agriculta fuisset, & Dñs Iesus Christus, ut ait Ioannes, se vitæ esse, Patrē agri colam. Adhæc adeò celebrata fuit apud Orā- tores agricultura, ut Cicero in oratione pro

Rofcio

Et quid sit filio, de libano & fumo. - 159

Roscio Amerino rem rusticam suauissimam,
& commendabilem declarat; insuper Romani
prudentissimi viri in agris arandis & ornandi
plurimum operis consumperunt; & istis
operibus sic delectabantur, ut ex aratro Con-
sules & Reges deducebantur, suisque manibus
semina spargebant, ut ait Cicero de Attico,
ob id Serranus est vocatus, ut notat Plin.lib.2.
cap.4. Atilium Calatinum cum ad Senatum es-
set venturus, ebum semen spargentem inuenie-
runt, sed illi rustico atritæ manus ingentes ho-
stium copias calcitrauerunt, quomodo aran-
tium boum iugū religauerunt, triphales cur-
sus habenas retinuerunt: de hoc Virgilius.

Vel te sulco Serrane serentem. Et Persius sat. i.
Cum trepida ante boves Dictatorem induit vox,
Et tua aratra domum lictor talit.

Et Cicero.lib.1. Officiorum ait: Omnia rerū
ex quibus aliquid acquiritur, nihil aliud est
agricultura melius, nihil uberior, nihil homi-
ne libero dignius: quem citat glostia, & Ioannes
Platea in rubrica, cap.de agricultura, & refert
Tiraq.cap.de nobilitat.artem rusticam adeo
esse honestam, ut Cyrus Persarum Regem glo-
riari se habere agrum constitutum, arboresque or-
dine positas; liquet ex his, nihil tale Regale es-
se, quam studium colendi agros: ex quo Cicer.

lib.

De delectu tri. cand. & flavi,

lib. de senectute in oratione pro Deiatorio laudat eum, quod non solum Tetrarcha nobilis es set, sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuniarius haberetur: testatur etiam Seneca, Aphricæ domitorem agrum suis manibus coluisse: tantæ fuit æstimationis apud veteres Imperatores medicina & agricultura, ut scriperit Valerius Maximus lib. 8. c. 13. Marcus Valerius Coruus agrorum suorum culturæ optabile exemplum. Hinc Ouidius lib. 1. Fastorum.

Pascebatq; suas ipse Senator oves:
Et postea.

Iura dabant populis posito modò Praetor aratro;
Et lib. 8. eiusdem operis: tandem Antonius Pius Imperator, & Anchises magnam curam impenderunt in colendis agris.

THEOREMA VI.

De vigilantiâ agricultæ ad arandum, &
quomodo proscindere terram
debeat.

IN hoc explicando Theor. & restituendo, non infelicem operam præstítit literatissimus Cato, qui ad integrandam bonitatem semi-

Et quid sit filio, de libano, & furno. 160
seminum tritici ista tradit præcepta (benè colere, terram arare, tempestiuè ipsam proscindere aratro, stercorizare) & optimè consultit, sed de stercorizatione ita considerare expedit quod iam dictū est, plantis esse adulterium vitiūque maximum, nam et si abundantiam & vbertatem segetes promittant, non ita proficuum & principalissimum est semen, veluti quod absque stercore caulem pullulat; nam facilimō negotio à vermiculis tentatur, exeditur, atque corrumpitur, seminandum in terra densa magis quam soluta, omne tamen aruum rastis sulcis, mox obliquis subigendum, arator incuruus aret, vt prædicta asserit Plin. lib. 18. cap. 19. sit item minister sedulus, & sagax in expurgatione vomeris, veluti etiam ne scamina in duos sulcos crudos dimittat, ne glebæ exultent, turpè aratur terra, quæ frugibus oscatur, rastri autem exercendum est, si terram ad seminandum præparares ter: præstantior sententia Plinij, quam Catonis est, quam ex Virgilio refert lib. citato, & quarto sulco serit, et tunc efficaciter et prosperè segetem fundit, et benè nutritum semen. Detestanda nunc à me venit quorundam agricolarum temeritas et impudicitia, vt nō solum suis temporibus non seminant, neque segetes sartiant, neque comode.

Dè delectu trit.cand. & flavi,
modè aratro vtuntur, sed singulis annis arua
seminant, cùm testimonium sit exactè tritum
ex Virgilio, quòd ad minus alternatim aren-
tur, et seminétur, dare sanè requiem rebus ac-
commodatissimè fit, et requietus ager benè
credita reddit: quæ tempora, si obseruentur,
multam hominibus vtilitatem afferunt, opipa-
ras et lautas cœnas.

THEOREMA VII.

In quo cubiculo probè seruetur candarusum
& triticum flauum, aut luteum, ne à be-
stolis infestentur, & quomodo
seruetur.

Non satis est semina indagasse cum om-
nibus suis dotibus principalissimis ad
seminandum, sed diligenter præscrutā-
dum est, in quo loco à putredinis vitio rectè
vindicari possint, vel in quo cubiculo custodi-
debeant à gurgulionibus: reponantur ergo in
camera, vt quidam contendunt, cuius fenestræ
ad Aquilonem spetent, vt testatur doctissi-
mus Varro lib. 2. cap. 57. quæ camera distet ab
sterquilinijs, humidis locis, prauisq; odoribus,

et om.

ex.

ex quibus vitium contrahunt cameræ , & per
consequens fructus: dotta & præclara est Plini-
ana sententia ad custodiam fructuum, & se-
minum, si camera, aut horrea ex lateritio tri-
pidali crassitudine ædificetur, & diuturnitatis
gratia amurca aspergatur, aut terra Olynthij,
aut Corinthij, quæ terræ corrupti triticum
non sinunt : notandum exinde est, quòd si gur-
gulione infestentur semina, non transcendunt
bestiolæ ultra quatuor digitos, quare ventilan-
dum non est, aëre Aquilonio si fenestræ sint, cō-
seruatur, propter flatum: Hactenus Plinius
lib. 18. cap. 30. Prodidit præterea Cato, quòd si
amurca calci admisceatur, & exinde parietes
incrurentur, oblinianturque, item laquearia,
& pavimenta, quòd non solum situm non con-
trahunt, sed nec blaste, nec aransi, neque cuius
libet generis vermiculi ibi generantur. Insu-
per elegans est Theophrast. opinio, quam
tradidit lib. 4. de causis plantarum, capit.
17. Triticum si purulentia habuerit, facile
ob putredinem corruptitur, quare palandum
est, nisi vermiculis non sit correptum, nam ut
dictum est, melius est non permiscere. Scire
deinde oportet, quòd à doctrina Pliniana cauē-
dum est, qui aseueranter afferit, quòd triticū
exactè à putredinis virtu ovedicatur, in scrobi-

De delectu trit. cand. & flavi,

bus, quos vocant syrios: verum haec assertio
insulsa & falsa est, nam cum aëri ibi includitur,
& non spirat, corruptit triticum, & fœtorem
inducit, & visum est in apertione speluncarū
plurimos esse suffocatos, ob aëris crassiciem,
& venenositatem: quapropter perpendere ex-
pedit, quod ad conseruationem tritici pluri-
mū præualet in spicis recondere, saltim ad
medicamenta construēda. Docta sane est Theo-
phrast. sententia, quam animaduertere facit,
lib. 8. cap. 10. de histor. plantar. quod triticū
postquam messum est, in spica seruari per diu-
tinum tempus potest. Sed tamen non abs re-
erit in cameris recondere, in quibus fenestræ
ad Aquilonem vergant, ad medicamenta ta-
men, ut scriptum est, in myropolio, in pixidi-
bus chartis inuolutæ optime fit conseruatio.

THEOREMA VIII.

*An pluris sit valoris triticū candarusiam,
aut flauum, campestre, aut hortulanum,
& quantum præstet herbarum cog-
nitio, collectioque sp-
farum.*

VT haec doctrina euidentior sit, & euiden-
ter tradatur, conducibile est considera-
re, omnes plantas prius sylvestres fuisse,

Et quid sit siligo, de elibano, & furno. 162

propter culturam autem domesticæ, & vibanae effectæ sunt; scitissimè sanè notauit Theophrast. lib. 1. de histor. plantar. cap. 6. verum plantis summa pernicies propter culturam aduenit, (vt ex Aphrod. suprà est notatum in problemat) illæ verò quæ nulla olitoris lege, vagantur, & errant, à ventisque agitantur, præclaræ & honorificatæ plantæ existunt, vt Theor. 3. notatum fuit, qua propter rectè operabitur Medicus, si ingeniosus solertissimusque fuerit, ubi cognoverit, ex quibus locis plantæ sint euellendæ, intellexeritque etiam, dum edunt, augescunt, & vigēt, & suis proprijs oculis conspiciat. Docta proculdubio est Galeni sententia lib. simplic. medic. fac. Nemo nauclerus, aut alterius artis se peritum euadere confidat, assidua tantum librorum lectione, nisi ad visendas herbas, & earum natales se contulerit. Et iterum: Nō possum nō et illos accusare, qui primùm plantarum formas scriptis tradere sunt conati, cùm melius existat ab ipsis preceptoribus oculis discere, & lib. 3. de compos. pharmac. loc. cap. 2. Hinc enim puto bonæ indolis adolescentulos incitatum iri, vt medica mentorum materiam cognoscāt, ipsimet infipientes, non semel, aut bis, sed frequenter: itaque herbarum vires, aut arborum materiam,

De delectu tricand. & flavi,

& fructuum cōtemplari, antequam ē terra ex i-
mantur pulcherrimum est, dum fructus vide-
licet augescunt, aut vigent.

Tandem cognitio congrua, atque perfecta
tritici necessaria est, quasi peritus & diligens
Medicus fuerit instructus, panē construet pre-
tiosum pro alendis hominibus, & reliquis, ne
syriaco, & igniuomo vlcere oris crucientur.
Insuper accusandi Medici sunt, & pœna capi-
tali puniendi, qui si non multam cognitionem
simplicium medicamentorum teneant, tamen
aliquam non sunt naſti, sine qua nemo Medi-
cus, aut Medico ſimilis appellari debet, dixit
Galenus lib. 6. simpl. Medicus omnium simpli-
cium, ſi fieri potest, cognitionem habeat, con-
ſulo. Et vnde digressi ſumus, conuertatur ora-
tio, & vnde et quomodo triticum eſſe ſeminan-
dum declarauimus, quo tempore, & quibus
astris manifestauimus Theor. 4. ad maiorem
explanationem, & veritatis interpretationem
non abs re erit commemorare, ex Theophras.
lib. 8. c. 10. de plantar. histor. quod aér ab aère
differt, et terra à terra, et cœlum à cœlo; om-
nem enim plantam cum telluris qualitate, ac
cœli constitutione, tum nutrimento, ac cultur-
ra, & cæterorum forma, aut deterior euadit,
clarè patet, & maximè differre notum eſt: nam
singu-

Et quid sit filio, de cib. & furno. 163

singulā, imò naturæ suæ proprietatem terrā postulat, vt protulit Teophr. & vna terrā ab altera differre, & aptius pullulare, & caule edere certū est, & Galen. lib. 3. de co. loca. cap. 1. alia in alijs Regionibus meliora nascuntur: & à Virg. maximè commendatum, lib. 2. Georgic.

Nec verò terra ferre omnes omnia possunt.

Fluminibus salices, crassisq; palludibus alni

Nascuntur steriles saxosis montibus orni.

Litora myrtetis latissima: denique apertos

Bacchus amat colles: Aquilone, & frigora taxi.

Et lib. 1. Georgicon.

Hic segetes, illuc veniunt felicius una:

Arborei fœtus alibi atque iniussa virescunt

Garnina, nonne vides croceos ut molus odores,

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

THEOREMA IX.

In quo disputatur, quod panes parandi sunt ex farina non multum molita, que non sit noua, cum fermento aqua pluialis atque

sale, & que noua dicatur in

bac Regione.

Non grauabor, quæ à prudentissimis scriptoribus eduxi, circa præstantiam, & bonitatem panis exarare, & in publi

cum

De delectu tritici et flavi,

cum ostendere, ut pote quod ex farina, sale, leuamine, & aqua pluiali, praesertim ad arteriacas passiones, miscella concinnatur, quae post suam celebrē coctionem panis construitur, satiis ad usus humanos conuenientissimus, qua propter de farina, & de ijs quae in miscella apponuntur, erit nostra examinatio: in qua primas tenet farina, quae (ut postea tractabitur) ex candarusio tritico erit: præmeditare ergo nūc cōuenit, quod ut panis selectionē optimē sortiamur, est audienda Iacobi Font. assertio, qui lib. de alimēt. ait: Ut farina omnibus preclarissimis dotibus sit cōdecorata, expedit, quod triticū nō sit molitū in mola aquaria, propter cōtinuā aquae irrigationē mollior redditur, a qua frustata eleuantur lapidea, quae in masticatione panis summopere offendunt; sint ergo vētis molae expositae, ut sicciores molae sint. Veruntamen controversum est apud authores classicos, an farina optime debeat esse molita, vel parum; Matthiolus præcipit, ut non ultimē sit molita: quam opinionem amplectitur Iacobus Fontanus lib. de alimentis, quibus noster Doctor Vega lib. de arte medendi refragatur, nam bene esse molitam affirmat; sumpit tamen hanc doctrinam ex Isaac lib. dietarum particularium, farina probè sit molita: cōsiderabis

Et quid sit filio, de clibano, Of. rno. 164
rabis tamen, quod si pura sit, ait Fontanus, longo tempore subigi debet, ratione in musinans cicit, ut humiditas exicetur: subigenda tamen massa parum est, si plurimum furfuris fuerit venata, hac celebri arte iudico, postmodum panis cum reliquis acquisitis formabitur, & perfecti efficientur panes. Expeditissimum nunc est interrogare, quamobrem sal admiscetur, in promptu ratiocinium est; qui humiditas, quemlibi collocatur, ob salis cōmixtionē absumatur, ut constat ex Aristot. lib. problema. Rogabis iterum, quæ sit ratio propter quam levamine panes concinnantur, ut suo calore panes spongiosiores reddantur, faciliorisque coctionis, cuius asserti & veritatis author est Auerroes in collectaneis. Alterendum præterea est, quod sit farina noua, non illico, ut est molita, quia tunc ut probat Matthiolus super Dioscor. calida existit, antiqua puluere situ, carie, aut viscofo aliquo odore corruptitur, quem stomachum calefacit, item iecur inflammatio ne obsedit. Nunc omittendum non est, tamen vigilanter trutinandum, quid sit in hoc sequenti bello explicandum, dum quidam recentem farinam collaudant, alij vetustam, ut selecti panes construantur, Isaac Pategnius maximus Arabistarum rerum indagator, hunc Herculeū.

no-

.03HT

De delectu trit. cand. & flavi,

nondum lib. dietar. particular. sic explicat, &
absoluit, ait enim: farina nec multum antiqua,
nec recens sit. Verum enin uero adhuc sub iudi-
ce lis est, siquidem tempus certum non assig-
nat, neque præscribit, hanc quæstiunculam ab-
soluere consultissimum mihi est, & studiosis
iunioribus Medicis manifestam tribuere, prop-
terea quod à recentioribus scriptoribus, nec à
Medicis veteribus quidquam est conscriptū:
erit ergo recens farina, si intra unum mensem
fuerit parata, antiqua intra sex, aut ad summū
septem. Quibus animaduersis, & intellectis,
splendida & saluberrima extiterit farina, ex
quocunque semine fuerit, si Hyemis tempo-
re, Veris, aut Autumni sit molita, quæ verò ex
estatis tempore administratur, exactam con-
cipit caliditatem, quo fit ut panes ex ea com-
positi repente in tumorem eleuentur, gu-
stui, olfactui, & visui deterrimi sint: valeant er-
go agyrtae nebulones, qui in discriminatim, abs-
que integro consilio, atque iudicio, quascun-
que amplectuntur farinas, comparantur ergo
ex tritico candarusio, quod pulchrius quam
aliud vlcera oris abstergit, & exiccat, pa-
nesque fiant ex predicto tritico, eiusque fa-
rina.

THEOREMA X.

*In quo salis, E fermeti quantitas ventilatur,
ad panes componendos, item an calidus
sit sumendus, E quantam quanti-
tatem habere debeat.*

G Ratissima & speciosa erit massa, si ex tritico flauo, aut candarusio farina extiterit fabrefacta; nam præterquam quod stomachū instaurat, aptius quam alia farinarum genera exiccat, & vehementius id, quod in nostris ulceribus oris post abstersionem poscimus. Tamen notandum est, quod in farinis omnibus, ex quacunque sint classe, istre apertum permiscetur, ut i. Theor. ex Fontano aliqua diximus, qui ad panes conficiendos necessarium esse iudicat: nam cum ex Galeno lib. de alimentorum facultate, constet, quod triticum caput vaporibus implet, inflat, & crassos & viscosos succos generat, patet quod eius farina, & panes, qui ex eo conficiuntur, eandem sequentur semitam, quapropter concinnè animi addetur: nam in exicando, & excalsaciō do tertij ordinis est, adeò ut propè adurentiū accedat caliditatem, ut ex eodem Galeno cō-

De delectu triti. candaruſij. & flavi,
stat, subit mihi nūc admirari, quomodo cū tā-
ta polleat facultate anisum excalfaciēdi, sitim
vt refert Diosc. in hydropicis attēperet, aluū
& alba fœminarū profluua ſiſtat: hoc tamē a-
lijs diſputandū derelinquo, reliquū eſt, vt nos
taxemus earū matronarū audaciā, quæ in pani-
bus conſtruendis ſeſamum permifſent, Gale-
nus ſanē lib. io. de alimentor. fa cultat. inquit.
Qui ſeſamum vefcuntur, eelerrimē implet, &
ſtomachum ſubuertit, tardē concoquitur, &
pingue corpori præbet alimentum: liquet er-
go, quòd ventris partibus vigorem, ac robur
addere nequit, quemadmodum neque aliud
quoduis pingue: ab eo ergo abſtinendum eſt,
propter noxam, quam maximam inducit, ad
hęc ſaliſ quantitatēm, & fermenti quæ ſit ne-
cessaria, pistoribus, qui in dies panes conficiūt,
pariſmiter & furnarijs liberē derelinquo.
Expeditissimū nunc eſt conſiderare, quare fer-
mentū admifſetur (et ſi alibi ſit dictū) ratio au-
tē eſt, quia panis leuior redditur. Quam egre-
giā ſententiam Hippoc. nobilitauit lib. præ-
dictionum, vbi ait: Acore humiditas conſumi-
tur, & ſic alimentum conſiſtit, & citō cibus cō-
fequitur, non fermentatus fecedit minūs per
aluum, magis tamen nutrit. Sensit præterea
Oribaſ. lib. i. collecta. cap. 8. quòd optimus, ae
ſalu-

saluberrimus panis est, qui plurimum salis, ac fermenti habet, plurimum sit subactus, ac elaboratus, & in cibano moderatè assatus, & si plurimum salis, ac fermenti massa est ad pta, ait Oribas. tu gustu iudicato; candide ergo, & appositiè furnarijs, & pistoribus committitur, siquidem singulis horis gustus exerceat, & ut Iurisconsulti testantur peritis in arte credendum, illi quippe exactissimè apprehendunt, quæ quantitas salis et fermenti sit iniacienda in unaquaque massa, vt in ea quæ ex candardis tritico, hordeo, & typha paratur, quod semen nostro vernaculo sermone centeno nuncupatur, quia ex uno grano, vt ait Amatus Lusitanus lib. de plantis, centum grana orientur. Addendum præterea est, quod consulit Isaac inter Mauritanos perdoctus lib. i. dieta. parti. quod ad massam præparandam expedit, nec salis, nec fermenti multa sit quantitas; sin minus panes ex ea confecti crassos, & pituitosos, flatulentosque generabunt succos. De cætero refert idem author, quod panes parentur medio crisi magnitudinis; nam si exigui sint, ignis interiora perforat, & exiccat humiditatem medullæ, sicque aluum cōstipat, & per vniuersam corporis regionem non congrue distribuitur: deinde subdit: Panis magnus subterfugiendus,

quia cortex durus redditur, & inferiora non probè coquuntur; quo fit, vt coctio in stomacho non perfecta celebretur. Supereft nunc in memoriam trahere, an panis calidus, id est, vt statim à clibano extrahitur, sit deuorandus, an frigidus: quod tamen calidus sit deuorandus, liquet ex Hippocrate lib. 5. epidem. tex. 65. vbi de hydrope sic conscribit, panem comedere debet calidum in oleo tinctum, sed cum ipsi panis multam sortiatur humiditatem, flatuosusque sit, & tardè concoquatur, si ticulosus sit glutinis modo stomacho adhæreat, & capitis dolorem inferat; rixida videtur Hippocratis opinio: cæterum sitibi consulas clara & manifesta iacent symptomata predicta de pane recenti, & qui illicò, vt à clibano, si comedatur, extrahitur, notanda sunt, non de pane, qui induratur, vt seipsum explicat Hippocr. lib. de internis affectionibus, costus panis sit, & antiquus, de quo ait Valle lib. epidem. quod vires collapsas placide reficit, præsertim si vino fuerit madefactus; inquit tamen Christophorus à Vega lib. 2. de arte medendi, cap. 4. quod postquam panis sit coctus ad comedendum, duodecim hora transire debent, & tunc accrima illa symptomata non occurrent, neque ægrotans cruciabitur. Docet præterea, quod si mas-

Et quid sit filigo, de cibano, & furno. 167
sa liquida fuerit & leuis, post sex horas panis
comedatur, postquam à furno fuerit extra-
ctus: quam doctrinam etsi nominatissimus au-
thor tradidit, Isaac testimonium non est explo-
endum, neque abominandū, qui lib. 2. dietar.
particularium, inquit sic: Panis, qui eodem die
editur, ubi à cibano est extractus, tardè des-
cendet, quia intrinsecus refrigeratur, & poris
clausis, & calore inclusō interius remanet fu-
mus, & inde exire non potest, ex pororum op-
latione, & renertens inuenit aliam fumosita-
tem; ex quibus grossities, & inflationes efficiū-
tur, & inde durus & indigestus in stomacho
redditur; post ergo dum primum, aut secun-
dum assumatur, & introrsum & extrorsum fri-
giditas dominatur, & laudabilis est nutrimen-
ti, & velociter ab stomacho dissoluitur respe-
ctu recentis panis; antiquus panis siccissimus,
rarus, & leuissimus conspicitur ob penuriā hu-
miditatis, qui tardissimè ab stomacho expel-
litur. Haec tenus prudentissimus inter Sarace-
nos Isaac loquutus est filius adoptiuus Regis
Arabiarum Salomonis. Carpendus nunc à me ve-
nit Ludouicus Oviedo, qui lib. 3. method. cap.
de trochis viperinis, panē recentem ponit, nō
factus ex farina vetusta, & quæ sit hæc, nec re-

*De delectu trit. cand. & flavi,
centem explicat, sed hoc dubium nos suprà
iam absoluimus.*

THEOREMA XI.

*Quibus herbis, aut arboribus clibanus ignifa-
ciendus sit, ut panis gustui, & saluti
sit accommodatus.*

Vigilanter dissertandum à me venit, quibus arboribus, herbis, fruticibus, aut suffruticibus clibanus excalfaciendus sit, sed ut ne falsam doctrinam induam, quantum per meam eruditionem licet, non omittam quid arbor, herba, sit exponere: inquit ergo Theophrast. lib. de histor. plantar. 1. cap. 5. arborem esse si ex radice, & caudice simplici ramos & surculos emittet, in quorum classe commemoratur citrus, amygdalus, ilex, sint suffrutes si ab radice caulem fatiscant, & florescant, lignosis adnascentibus ramis, quæ nō veluti aliæ herbæ arescunt, & quotannis folijs exuūtur, sed quæ toto anno, cuius ordinis sunt stachys, sampsuchus, pronunciat item Theophrast. herbam esse, si ab radice caulem ferat, & semen in caule possideat in censu harum eruca, erysimon, nasturtium, frumentum, & hor-

Et quid sit siligo, de clibano, & furno. 168
hordeū sunt, frutex si ab radice caulem multi-
plicem proferat, ut rubus, paliurus, istis plan-
tis odoratis, & alijs, de quibus infrà est sermo,
clibanus igne est accedendus, namque teturum
spirant odorem, & calidissimæ, sunt clibanum
subitò inflammât, & ipsum vehementiscere fa-
ciunt; eruca huius est ordinis, & omne genus
tythimallorū, thymelea, & quæ à Plinio dicitur
plumbago, nostro idiomate velesa, quibus fu-
giendum est, necnon à cataputia, tam maiori,
quam minori, ab harmeli, cucumereque asini-
no, ab arbore taxo, à rhododendro, & ab om-
nibus plantis, quæ deletheriam & effrena-
tam vim sortiuntur: admonitos igitur velim,
amplissimos veræ medicinæ cultores, roga-
tosque pistores, vt in posterum plantas euel-
lant è locis montanis: quæ loca speciosè assig-
nauit Hippocrat. lib. epistolar. in epistola ad
Crateuum, vbi ait. O Crateue, herbas si vsquā
alias collige, quales poteris, vrget enim necef-
fitas ad virum toti ciuitati comparâdum De-
mocritum, tu verò quod fieri potest, nobis mó-
tanæ maximè, & in altis collibus nascentes
radicitus seca, sunt enim aquosioribus solidio-
res, et acriores, propter terræ densitatem, et
aëris tenuitatem: huic opinioni subscribit Vir-
gil. lib. 7. Aeneid.

Neque

De delectu tri.cand. & flavi,

neque eum iuuere in vulnera cantus,
Sommiferi, & Marsis quæsta in montibus herbae;
Aptè ergo prædictæ herbæ ad coctionem pa-
nis in clibanis reponuntur, sicuti etiam arbo-
ris, ut refert Iacobus Fontanus lib. de alimen-
tis, quæ sint huiusmodi, iuniperus, pinus, amy-
gdalus, cypressus, ros marinus, ilex, quercus,
quæ frondosæ sint, neque consumptæ ob ali-
quam ægritudinē, nec cariosæ. Erunt præter-
ea plantæ principalissimæ, si fumū non edāt,
ut farmenta sicca, consulit sic Galenus lib. de
compositio. medica. per genera 1. cap. 5. neque
prædicta satis sunt, nisi plantæ euellātur ex lo-
cis, quæ ad Septētrionem vergunt, ut ait Mar.
Vir. in principio super Dioscorid.

THEOREMA XII.

*Vbi quid sit furnus, & clibanus exponitur,
& quomodo discernantur,
tractatur.*

Veterum profectò assertiones magnifica-
ciendæ sunt, siquidem quamplurimos
nostris temporibus nobilitarūt, adhuc-
quæ nobilitant, & sagaciter veraquæ methodo
clibanum à furno distinxerunt & maxima pre-
mia

¶ quid si filio, de cibano. ¶ surto. 169
mia cibano exhibuerūt, quapropter ignavia
sostrataxanda est, siquidē furnis nos ytimur,
verūt ut nostre farraginis certiores sint facti,
quomodo exacte furnus à cibano discerna-
tur, notabimus, & tanquam de re maximè ne-
cessaria nonnulla carptim dicemus. Inquit er-
go Galenus lib. 1. de antidotis : præ omnibus
autem panis silagineus bene fermentatus sit &
tostus, non in furno, sed sub cibano coctus.
Probat iterum lib. de alimentor. facultat. pa-
nes in cibano decoquantur : & vt evidenter
cōspicias, quanta sit cibano authoritas, Hip-
pocrates lib. 2. de dieta sic scriptū dereliquit:
Cocti sunt panes in cibano, qui siccissimi sūt:
sicut & subcinericei, hi quidem propter cine-
rem, illi verò propter testam humore priuatā,
multifariam ergo multisqne modis furnus à
cibano differt; quod exacte etiam confirmari
potest per Ruelum lib. 2. de natura stirpium,
capite 14. clibanites à cibano dicitur, quem
Varro testuaceum vocat, nā quod clibanum
Græci, Latini testam dixerē, hoc est, *tiesto de
barro, o vaso muy grande;* & posquam de alijs af-
fationis modis & instrumentis fuit loquutus,
ait sic: Clibanites, seu testuaceus longè magis
vitibus præpollet, omnibus sanitatis usus præ-
latus, siquidem probum generat succū, s̄ o-

Vu macho

clibanites

De delectu tri.cand. & flavi,

macho per placet, ac facile cōcoquitur ad distributionem promptus, quando neque vētrē coērcet, neque spiritum distendit: & iterum asserit Galenus lib. 11. de simplic. medicam. facult. cap. de trochis theriacalibus, non quemlibet panem accipimus, sed purissimum & probè in clibano coctum, cum sale & fermento. Qua in re non erit alienū, neque à nostro instituto absurdum, alios nominatissimos authores euoluere, qui sua prudentia hanc controvēsiā dirimant, & ex qua materia fieri debeat, exponāt. Sit in hoc bello primus Ambrosius Calepinus, qui ex veterum votis, clibanū ex testis fieri commemorat, & paruum instrumentum, & mobile esse significat, quod facile ab una in aliam defertur partem: idem tenent Antonius Nebrissensis, Laurentius Perez myreplicus Toletanus, & Oviedus in suis theriaeis, sed ex qua materia cōstrui debeat, tacuerunt: construitur ergo clibanus ex testis, id est, ex tegulis, vel ex luto, vt ipsi cōfirmant, & ab una parte in aliam moueunt: verum enim uero egomet, vt hos intricatos scrupulos dimitram, clibanus vt sit parādus in propatulo reddam, acciperem terram ex qua ollulæ conficiuntur, vel ex ea quæ ad dolia paratur, & dolū magnum efficerem, & ita vt duodecim, vel paulò

Et quid si filigo, de cib. Et furno, 170

paulò plus, modios panis ex silagine facti recipere, doliumque ita paratum in cubiculo ponetem, ne à ventis verberetur, & terra semiplenum, & solum cum lateribus adaptatum introrsum & forinsecus luto ex terra argilosa superlenirem, aut ex terra ex qua sūt ollulæ, vel teste: quod instrumentum sic constructum cibarium vocarem, & testuaceum, siquidem ex terra, ex quibus testæ fiunt, componitur, & nō ex quacunque terra, ut alij astruunt. Abstinendum præterea ab instrumētis, quæ ex metallis construuntur, siquidem quantumuis mūda sint, venenis non carent: rursus cauendum, & veluti à cane rabioso fugiendum à furnis, qui non solum ex lateribus crudis concinnantur, sed ex lapidibus, cum calce, & gypso noxā panibus sua caliditate inferunt, nigredinē, integratumque saporem. Quapropter taxandus à me venit Iulius Martianus à Rota, qui in traditione lib. de antidot. panes ex furno accipit, itidem Fontanus lib. 6. cap. 4. de alimentis, & Isaac lib. particular. dietarum. Nihilominos etiam culpandus est Diuche, quem assert Oribas. in collect. lib. 4. cap. 5. de conficiēdispanibus, qui ait: Assatio, quæ in furno tutior mihi, quam quæ in cibano sit, videtur, & multo tutior ea, quæ sit cruxris cunctis constantibus, siqui-

De delectu tri. cand. & flavi,

dem mollis & longiore tempore fit assatio: ad-
hæc quoque ignis non facile adiuit, remque af-
sat, quia exustio internas partes congrassatur,
at panis qui in clibano assatur, siccior est, ille
quidem & ori iucundior, quam his qui in fur-
no conficitur, sed tamen assatio non est tuta;
nam exteriora statim exuruntur, interna pars
erudare manet. Hactenus solertissimus Diu-
che. Ceterum eius repugnantiam sic dilues lo-
cumque durum aperies, quod clibanus pre-
tiosus est, dummodo in eo assatio paulatim
dispenset: nam si impetuosa extiterit, accidet
quod à Mesueo in canonibus explicatur, ibi
aīt: Et decoctio impetuosa, vel inflammatio
resoluit virtutē medicinæ, quare tua interest,
decoquere commensurando calorem, propor-
tionando illum virtutibus, substantijs debili-
bus vel fortibus, itaque assatio præstantissima
est in clibano, si lento Vulcano paretur, qui op-
timi erunt clibani, vt dictum est, vt ait Oribasius.
1. collect. cap. 8. & retulit iterum lib. 1. Eu-
poristo cap. 8. panis optimus & in clibano co-
ctus, si cū moderatione fiat: & quod predicta
sententia candida & integra sit, liquet ex Isaac
lib. citato, ignis temperatus sit, & applicetur
cum mensura & proportione (vt ex Mesueo
diximus) mediocri, vt panis corpus æqualiter
perfo-

perforetur, sic perfectè decoquitur, & est vitiis delicatis, & in quibus virtus deficit, sicut in senibus, & ex ægritudinibus resurgentibus. Et quòd in clibano perfecta sit costio, patet per Simonem Setum, ait: Partes interiores in furno coctæ, crudæ remanent, & ut in clibano non decoquuntur. Notandum deinde est, quòd clibanus perustis arboribus & bonis herbis ignifaciéodus est, vt supra ex Galeno conscripsimus; nè sumus excitetur de cætero cōsiderare oportet, quòd inter clibanū & panē certa servetur mensura, vt in hoc negotio iustum & certam manum obtinet Andreas Ma. super Diosc. cuius iustus aberrare non potest, cap. 1. de tritico, sic ait: Modica panis quantitas si in clibanū magnum injiciatur, exiccatur, & comburitur, ita & magna in angusto comprimitur: consultissimum ergo est, vñuni confidere clibanum exiguum ad panem qui ex filagine construitur pro conficiendis pastillis viperinis, qui sit proportionatus cum pane, qui ibi ad coquendum collocatur, quo solum ad medicamenta perfectè eris usus, ad manducandum tamen clibanus magnæ sit amplitudinis, in quo maxima quantitas panis decoqui possit, quo vescatur omnes: adeò exaggeratur, & commendat philosophus Aristophanes, vt filijs suis pronuntiarit:

De delectu tri.cand. & flavi,
tiarit: O filij admiratione sum correptus, quia
post cenam non editis panes clibanites: ego
autem ut ingenuè quod sentio, iudicem, pa-
lamque proferam, maiori admiratione sum
correptus, quòd clibanis destituantur populi,
abundent autem furnis, in quibus panes perni-
ciosi, praudi odoris & saporis decoquuntur. Et
quia satis superque clibanus est per me lauda-
tus, qui ex dolis fit, rogo iterum atque iterū,
ut non solum opulentii eo potiantur, sed etiam
pauperes, siquidem ad salutem humanam, &
tutandam vitam plurimum confert, ut pro-
batum ad vnguem existit: nisi tamen,

Aemulus, ac Zoilus odio corruptus acerbo

Ardet, & iratus coluber, quando ore trilingui

Sibillat, & caput attollens in pralia surgit.

THEOREMA XIII.

De virtute salis, & quomodo cum calidus sit
& sicca, sitim ferantem extinguit,
& attemperat.

Si quæ in hac nostra polyanthea, aut in
hoc nostro Theoremate, aut quoquis alio
non pure, & integrè exarata extiterint,
quæ sanè multa erunt, ab alijs Medicis qui ocu-
latius

latius omnia praescrutantur, petere rogo, non
graue sit, digniores, cum ergo nos aliorum do-
ctrinis euadimus, quæ de sale sunt: vigilanter
iuxta veterum dogmata differemus, ne propter
incuriam, aut fraudem massa ab eo immu-
nis sit, qui ut probat Galenus lib. de alimen-
tor. facul. & lib. simp. medic. cap. de pastillis
theri. Summè est necessarius sal, & sine ipso vi-
uere nescimus, quem in omnibus cibis usur-
pamus, & ad conseruationem animalium fre-
quenter eo utimur. Est igitur sal, ut asserit Cœ-
lius Rhodig. siccatus salsus humor, aut terræ
combustæ species, de cuius facultatibus etsi à
plurimis grauissimis scriptoribus Medicis, &
Philosophis innumera sint dissertata, non de-
sinam in eorum segetem falcem meam mitte-
re, et si non minus exiguum, quam arduam dif-
ficultatem minetur; siquidem cum sal calidus
sit & siccus, & omnia salsa sitim excitent, vn-
de euenit, quod sal implacabilem sitim arcet:
tamen hoc rixidum & obscurum problema sic
diluo, ex testimonio nominatissimi Archidia-
coni Saguntini lib. 2. com me. de sale, numero
7. quod experimetum notum est in calidis Re-
gionibus Aphricæ, vbi solares radij vehemen-
tescere homines faciunt, sitiique crudelissima
infestantur, si mica salis sub lingua oppona-
tur,

De delectu tri. cānd. G flani,

tur, non solum portator ab ingenti & saeuissima siti liberabitur, verum etiam à fame per integrum diem: quam doctrinam accepit ab Alberto Magno, qui sitim sedare ait. Et hoc remedium expertum fuit cum potentissimus & Catholicissimus Imperator Carolus huius nominis Quintus urbem spectatissimam Tunetum esset profectus ipsamque expugnaret, quā ille diabolus Barbaroja possidebat, nostri vero milites siti ob puluerem & exercitationē cruciabantur, ob penuriā aquæ, eo tamen tempore inuictissimus & Christianissimus Princeps imperauit, vt unusquisque militum granum salis sub lingua reconderet, quod milites audiētes & intelligentes, statim fecere, urbem obsiderūt, acceperūt, hostes interfecerūt cum innumera Mauritanorum familia, minimè siti infestati nec fame. De cætero dignum quippe consideratione est animaduertere, atque prudenter inuestigare, quomodo fieri potest, vt granum salis sub lingua positum sitim sedet: sal cum calidus & siccus sit, pollet virtute attrahendi pituitam à cerebro, ad os & ad alias partes, quæ cum frigida & humida est, linguā uiorando, sitim aufert, & attemperat, cursim intelligere conuenit, quod omne genus piscium aciem oculorum, vt ait Auicen. hebetat, quia

vapo-

O quid si sligo de cib. O furno, 173

vapores crassi à stomacho eleuantur, qui ob-
struunt nenuos, per quos visus euenit) nūc se of-
fert aliud dubium, animalia saeva, quae in Aphri-
ca vitam degūt, vbi ingens est sitis & imp̄ se
vrget, cur æstate non bibunt, hyeme verò po-
tant? ait Aphrodisius in problem. quia ob con-
suetudinē à potu priuātur, hyeme est eis mos
bibendi, quamuis in alias proficiscantur Re-
giones. Quæ omnes rationes maximè veritati
cohærent, & adeò veraciter, ut nullus sit veri-
tatis tā refractarius, qui aliter excogitet: ven-
tilemus ergo 14. Theor.

THEOREMA XIII.

*An substitui possit aliud pharmacū ad fitim
arcendam loco salis.*

Appositè vt sal sitim extingueret, si sub-
lingua ponatur, diximus; restat nunc, si
illo destituamur, quid sit in eius penu-
ria ponendum explicare, ad quod inquirendum
restat, vt per prata, colles, viridaria, per senti-
cosos, & horridos recessus, per Alpes & loca
laboriosa, per hortulos peragrare, quoisque
aliquam plantam reperiamus, quæ vicem sa-
lis penset. Interim tamen Auicen. consilio sum-

De delectu tri. cand. & flavi.

gar, qui lib. i. fen. 3. doct. 5. c. 2. globulos cōponit, ex quibus si manducaberis. nec famesces, nec siti tentaberis per integrum diem. sunt autem huiusmodi.

R. Amygda. du. ex corti. lib. sem. adipis vacce liquide vnc. iiiij. olei violarū, mucilag. radi. altheæ vnc. j. terantur in mortario, & fiant globuli, vel eius loco sumatur martium vocatum panem, aut ut testatur Guiliel. Gratarolus, lib. i. cap. 3. crystallum ferat in ore, aut coralium quod prius in aqua extiterit, parum loquatur, & vt afferit Hippocrat. os clausum obseruet. Præterea inuenta radix est, quæ implacabilem sitim mitigat, nūcupatur, liquiditia, aut glycirrhiza, cuius meminit Gale. lib. simp. & mirificè sitim extinguere affirmat: idē reperies, lib. de facile parabilibus; cui suf. fragatur Theophras. lib. de historia plantar. 9. cap. 3. verba cuius ita sonant: Radix nascit iuxta Mæotim utilis ad anhelitum, & sitim siccā, & ad totum thoracem commodum medicamentum redditur, sitim quoque extinguit, si teneatur in ore: qua de causa Scythæ vndecim & quindecim dies sitim tolerant: magnum ergo esset lucrum potentissimo & Christianissimo Cæsari, si radicis sece, de ea radice mentio-

nem.

E quid si filigo, de cibis & furno, 174
nem fecissent, ut milites siti non cruciarentur,
præsertim si eius liquam étum sub lingua tene-
rentur, aut paulatim deuoraretur. Tamen obi-
ter rogabis non immerito, quamobrem si the-
riaca sub lingua collocetur, interceptam vocē
reuocat, tenet Galenus lib. de theri. ad Pamphi-
liā: quia sua caliditate crassam pituitam atte-
nuat, & discutit. Item notandum est, quod si
moschus sub lingua extiterit in vulneribus pe-
ctoris, sanguinem ibi concretum dissoluit, &
digerit, per sputūque expellit. Fulcitur hæc
ratio testimonio Dionysij Dacæ lib. 2. cap. 1.
de vulner. pecto. Verum enim uero maxima
pars Medicorum pariformiter & Chirurgorū
confopiant & confutant assertum Dacæ: ta-
men si animo attento & syncero meam audi-
re volunt censuram, à suis principijs illico de-
sistent, & meliora canent.

Perierat hoc diuinum experimentum, & e-
exemplum de moscho, nisi certatim ab omni-
bus ingenijs verum esse affirmatum sit; perspe-
ctis ergo quæ suprà cōscripta sunt, ut curatio
clara perlucidaque remaneat, hoc vnum præ
oculis habeto, quod moschus sub lingua lati-
tans, liquefcit, eiusque facultas per guttur vs-
que in asperam arteriam ingreditur, & gumento
sum coaceruatum sanguinem in pectore collo

De delectu astrinandi. Et flabi.

catum dissolut, & per insensilem transpiracionem, aut sudorem digerit, vel per sputum, quanquam nullus extet patens meatus, per quos a cautate pectoris (ut ait Valeriola in observatione medicin. lib. 1. obseru. 4.) in asperas arterias diffundi humor possit, qui ibi receditus fuerat. Quaobern scire expedit, quod moschus multis pollet facultatibus, ad curationem vulnerum pectoris, ut sanguis illius coagulus, & latitas gravia & acerrima symptomata non exciteret, cuius etiam facultas est cor, & vires colapsas reficere, & instaurare. Ceterum his examinatis, & accuratè perspensis, oportet ad institutum salis, ut omnia notissima sint reuertere, de quo multa & pulchra extricabuntur: decimum quintum ergo exponamus Theorem.

THEOREMA XV.

Quae sit ratio ob quam pectora saginantur sale, cum certum sit corpora macefaceret.

Multa & diversa à Medicis studiosis, qui nomen cordatum sunt nacti, de hoc problemate conscripta sunt, non tamen ita cautè, ut rei veritas poscit atque usus, macilenta reddatur corpora, propter talis deuoratio-

nem,

nē, vt in dies liquet ex Plutar. lib. 4. q. 3. tamē postmodū addit Hippoc. Medicos consueuisse corpora debilitata sale reficere, & rebus falsis impinguare; & vt hoc problema rectius intelligatur, nāues que sale vehūt, mures multos pro creāt: sal igitur ad generandū & nutriendū iuuat, & multis opifesiū alimētiū existit; huic autē rationi non subscribit Theophrast. lib. 6. de qua si plāt arct. 14. ait verò: In plātis non inueniuntur saponi falsi; nam ad nutriendū in eptus rufisque reperiuntur, sed licet tabefacere, & nutritire, extenuare, & pinguefacere cōstanter asserant, & hæc pugnātia inter eos constet, hoc dubium interpretationem & perfectam expositionem meretur, si huiuscomodi, quod si sal per se administretur, veterum opinio celebris appareret, verū si per accidens consideretur, appetitum commouendo, ad nutriendū & generandum sanguinem confert, benèque auxiliatur, præsentim quia in alimētiis permisceatur, vt sit illorum vehiculū, ad partesque percurrat, ibique collocetur, & supercedere faciat ibi alimenta, hac ergo via controversia clara est, vt inām autem rectissimē; nam in rebus ambiguis, & non speciose explicatis, mentē præcipitare absque eruditissimorum iudicio, turpe quippe, & imprudentis Medicis est.

THEO.

De delectu tri.cand. & flavi,

THEOREMA XVI.

Quod assignat plurima salis genera; quodlibet tamen vicem alterius pensat.

OMNIBUS IN CONFESSO EST, QUOD MULTA SALIS GENERA CONSTITUUNTUR, VNUM FACTIUM, ALTERUM NATURALE, HOC INTERDUM IN FONTIBUS, LACUBUS, IN MARI, FLUMINIBUS, & PUTESIS REPERITUR, ALIUD EX CINERIBUS & ALIJS CONFLATUR: TAMEN ET SI ILLI VNA PRÆPOLLANT FACULTATE (VT DICEMUS) QUIUIS SIT VSURPANDUS, & OMNIBUS ANTEPONENDUS, ENUCLEABIMUS. OCCURRIT FREQUENTISSIMÈ APUD MEDICOS, SAL GÉMEUS, & AMMONIACUS, SED SI ABSOLUTÈ SAL PETITUR, DE GÉMEO EST HABENDUS SERMO, QUO IN PLURIMIS REGIONIBUS UTUNTUR, SCATURIT PLURIMUS IN CALABRIA & PANONIA: INNUMERA PRÆTEREA GENERA COGNOSCUNTUR FACTITIA SECUNDUM MATERIA EXQUA CONFICIUNTUR: INTERDUM EX AQUA MARINA & SALSA, EX CINERIBUS, VT SAL ALCHALI, QUI EX HERBA SODA, DICITUR, FIT. SED CUM DE HAC MATERIA CONSCRIBEREM, VENIT IN MÉTEM PLINIJ ERROREM NOTARE, QUI LIB. 6. CAP. 28. CINEREM PRO SALE NŌ OPTIMÈ SUBSTITUIT, VBI AIT: VINI & CINIS, SED LEUOREM HABET. REFELLENDA DEINDE EST DIOSC. SENTENTIA,

tētia, qui dicit omnes cineres astringendi vim obtinere, siquidem ei refragatur Galenus lib. 8. simp. vbi ait fculneum cinerem non astrin gere: in alijs etiam partibus Galenus Diocor. præcepta accusat, ut lib. 1 t. de simpl. medica men. cap. de adipe ait sic: Adeps caprinus a stri ctionē fortitur, magis quā suillus, at si vt rhus & hypocistis, haud verum esse sermonem acci pimus; quem iterum etiam increpat Galenus sic: Adeps viperinus vbi pili radicitus euelluntur, prohibet, non iterum renascantur, visum est mihi agere periculum; at vbi feci, mentitū esse comperi, sicut quod vitia oculorū sanet. Sed vt ad proposita mentem conuertamus, gē meus sal fossilis nuncupatur, & alijs præstan tior generosiorque habetur, dūmodo calculo rū sit expers, candidus & æquali compagedēsus. Tamen non est omittendum in hac tracta tione, quid sibi velit Galenus lib. 7. de cōpos. phar. secun genera, cap. 12. vbi salem inquina tum postulat, exponit in substitutis Fragosus fossilem esse, quo si fueris destitutus, substi tues spumam salis, vel muriam, vel marinum salem, vt probè dixit Galenus lib. 9. simp. vbi ait: Vtrique similis vis est, siue fossilis sit, aut marinus, etiam vicem eorum pensat sal com munis, ex Galeno lib. de Theria. ad Pilonem,

De delectu tri. cānd. & flavi,

cap. de sale: Sal ammoniacus ponatur, si minus communis. Per docta deinde eius est censura, lib. 7. de composi. pharm. secundum genera in malagmata Beneschij inquit sic: Sal fossilis vel ammoniacus: haec tenus de ijs, disputemus bonis autibus de sale Indo.

THEOREMA XVII.

*In quo curiose disputatur, quid sit sal Indus,
& quideius loco substituitur.*

ET si in præcedenti Theoremate differuimus, nos esse de omnibus speciebus salis tractaturos, decretum fuit mihi, nihil de sale Indo cōscribere, sed caput per se cōstitue re: sūt sanè de illo multæ & arduæ cōtētiones, quæ integrum theorema efflagitant, quo fit ut Dioscor. cap. de melle ita dicat, item & Galenus libro methodi. 8. cap. 4. Saccharum salem Indum vocatum, in sacchariferis arundinibus concrescit, apud Indos gummi modò: quam sententiam cōfirmat Paul. lib. 2. de linguæ scabritie, & Auicen. fen. 1. tract. 3. cap. 29. ex Archigen. authoritate ad linguæ scabritiē, ariditatemque extollit, & salem Indum nominat: qui omnes sumpserunt ex Galeni libris, qui

E' quid si siligo, de cib. E' furno. 177

7. simpliciū medic. ait c. de sacchar. quod ex India & Arabia saccharū affertur in calamis, vt aiūt, cōcrescit: eius suffragij Plinius est li. 12. c. 8 faccharū Arabia fert, laudatiūs India: est autē mel in arūdinibus collectū gumi modō, candi dum dētibus fragile; cui subscriptit Strabo. lib. Geographiæ, ubi apertè insinuat in India mel sine apibus gigni, & etiam cantauit Lucanus.

Qui bibunt tenera ab arundine succos,

Et Varro.

Indica nō magna nimis arbore crescit arundo,

Illiūs & lentis, præmittur radicibus humor

Dulcia, cui nequeunt, succo contendere mella,

Quæ omnes adductæ sunt authoritates, vt facile crederim, eos viros alioquin prudētissimos vtpote Manar. Feria. & Fusi: hallucinasse, qui si bi persuadēt, magnū in modū cōcrescere antiquorū saccharū, solis ardore super arūdinū folia rā in India, quā in fœlici Arabia: sed vt nos aperta fronte loquamur, sal Indus antiquorū saccharū est, in arūdinibus natura procreatū, equorū studijs palā cognoscitur, quod saccharū quod in officinis cōmunitervsur patatur, factū saccharum est. Adhac̄c̄ dissertandum est de alia differentia salis, de quo disputat Auicen. qui acutus, & stipticus est, & aluum soluēs. & melancholiæ eductiuum, & phlegmæ; & vt omnia patentiora reddantur, alterum afferr-

Yy

re

De delectu tri. cand. & flavi,

re testē expedit, qui in summū nitorē quēstionē reducat, Mesueus vnuſ est, qui cap. de ſalis ſpeciebus, & in canonibus cap. de vomitorijs dicit, acutum eſſe ſalem Indicum, & vehemēter pituitam educens, quare expeditiſſimum eſt perpendere in tanta rerum varietate, quo- modo ad p̄dicta ſit accedendum, vt ſufficiēſ ſit curatio, notandum eſt, quōd quotiescunque apud authores mentio fit de ſaccharo Indico in confectionibus pectoris, gutturis vel pul- monis, quōd tunc de ſaccharo candido vulga- ri eſt intelligendum: ſecus autem ſe res habet, ſi in pilulis & medicamentis aluum foluenti- bus ingrediatur ſal Indicus: quia cūm illo ca- remus, ſal napticus apte apponitur, quia pa- ri penſu iuuat, & benefacit, vt afferit Mesu. qui melancholiam expurgare retulit, quo item ſi careas, proficuus eſt ſalgemmeus, cuius verita- tis author eſt Mesueus, & cōprobat Fragofus lib. ſuccedaneorum: & vt ne longior quām par- eſt, noſtra procedat opelula, in maſſa ſal per- misceatur, iuxta quantitatēm periti artificis, & tunc celebrabitur dictum Ciceronis de cla- riſ Oratoribus, ybi affiſmat quōd Publius Sci- piō omnes ſale, & facetijs ſuperabat: ſic noſtra maſſa omnibus anteponitur, ad panes cōſtruēdos, ex quibas infantes, pueri & iuuenes alan- tur, ne ulceribus malignis & pefiferis oris crūcientur.

THEO-

THEOREMA XVIII.

*In quo declaratur, non esse mirum homines
errores committere.*

Satis compertum, & exactè notatum est mihi, hanc meam polyant hēa multis scatere erroribus, & absurdis, non ego ex Academia illorū sum, qui nusquam errasse credunt, tamen de his & de alijs omnibus cū pijs, integerrimis, & oculatissimis viris nostra est cōtrouersia, cum quibus satiū est malorū omne genus subire, quām cum stolidis & rusticis fari, quòd verum sit nos in dies aberrare, liquet ex Hippoc. in epistolis hac verborum serie, cùm ad Crateuam scripsit: si verò aliquis error naturæ temporis, aut alterius cuiusque causæ contingat, mirum non est, multa enim nos, cùm mortales sumus, latent per veritatem corroboratos, ad id quod obscurum est: si igitur nos ad errores proclives sumus, non est multa stupenda res: eandem censuram affirmat Hippoc. lib. de vulneribus capit. vbi se aberrasse declarat, qui ait: se fellerunt me futuræ: idem testatur Galenus lib. de compos. phar. secundum locos, cap. 2. ex Archigenis au-

De delectu tri. cand. & flavi,

thoritate:difficile est, vt qui homo sit, non in multis peccet, quædā videlicet penitus ignorādo, quædā malè iudicando, & quædam scriptis tradēdo:huius cōsiliij fuit Plato lib.de Republi ca, vbi ait, quod Medicus & rationis suppura tor, & grammaticus errat. Dictis suffragatur Rhasis, qui ait: solius Dei est neque fallere, nec falli:cui eleganter subscribit Celsus lib. 8. c. 4. magno ingenio multaque nihilominus habitu ro conuenit simplex erroris confessio, præcipue in eo ministerio, quod posteris causa vti litatis traditur, ne decipiatur eadem ratione, qua quis antea deceptus est: ergo decipiuntur homines: insinuat etiam Plinius lib. 7. natural. historiæ, cap. 16. neque homo omnibus horis sapit: recte posuit Horatius:

Quandoq; bonus dormitat Homerus.

Perdostè cōscripsit Cratebanus apud Laërtiū, quemadmodū in speciosissimo punico atque laudabili granum interdum putridum experi mur, & inter rosas spinæ nascuntur, sic mirum non est nos errores fecisse, nam ut dicit Sylua nuptialis apud Iuristas:

Sapiens, qui se sapientem credidit, errat.

Dicitur insipiens, qui putat esse sciens.

Sunt etiam hæc carmina:

Fallitur in dubijs hominum solertia rebus

Cura,

C quid sit filigo, de cib. *S* fur. 179

Cura, neque euentus capit humana futuros,

Fallitur augurio spes bona sapè suo.

Et Persius.

Cur titubas pedibus rerum est spes lubrica sapè,

Quod puto amplecti, labitur è manibus.

Et Alciatus dixit:

Omnis in triuio sumus atque hoc tramite vita,

Fallimur interdum, ostendat nī Deus ipse viā.

Iam, benignissime lector, meū tibi explicui
iudicium, omni exposita mētis perturbatione,
citra omnē inuidiam, & sermonis asperitatē,
causam meā humiliter, leniterque defēdi, qui
cūque ergo per otium nostra perlegerit scripta,
rogo, atque obsecro, ut quemadmodum medi
corū neminē, neq; aliū, mihi vñquā meis scrip
tis lēdere animus fuit, sed illorū tātūm vitia,
& prauam medendi methodum cārpere; ita
illi, cūm nostris occurrerint scriptis, fraterno
amore, ac veritatis stimulo cōpulsi, neq; quic.
quā pertimescant, nos de omnibus cōmonefa
cere, & docere. Recipiāt ergo nō tāquā ab Apol
linis Oraculo prolata oro, sed tāquā ab homi
ne amico, qui nō ambitione, nō inuidia aut pe
tulantia, non iniuriæ vendicandæ gratia, sed
veritatis indagādæ causa posteritatis memo
riæ hanc polyantheā conscriperit, amicabi
libus quippe verbis pacatissimisque animi
affecti-

De delectu tri. cand. & flavi,

affectionibus. Rogo autem vos (ita dixit Thelalus filius Hippoc. ad Athenienses, per hospites nostros, & per eos qui nobis cōsiliarij esse cōsueverunt, & per Deos & Héroas, ac amicitias, quæ hominibus cum hominibus esse solent, ut dimissis amariusculis argumentis, quicquid laude sit dignum, iucundum & perfectè commendatum, nominatissimis alijs Medicis tribuant, vitia tamen & male enodata, nostro assuant capiti, & hanc molā saltam vobis deuoveo, siquidem moscho, auro, & argento caremus. Valete.

F I N I S.



Conf-

Confiteor tibi, ò Domine Deus meus, & nomini
tuo magno quòd mihi in hac mea polyäthea eden-
da Dux & author fuisti, mentem meam illustrasti,
ignorantiae tenebras abstulisti, & errores & caligines
depulisti tu enim diriges vias querentium te in veri-
tate, ad laudem tuam & sacratissimam Virginis Ma-
riae, necnon sanctorum patronorum meorum Lucae, Cos-
mae, Damiani, & Illephensi, exaratum est hoc volu-
men & sub correctione sanctae Ecclesie fideliter con-
scriptum, & commedatum. si quid ergo pretiosum ex-
titerit à Deo optimo & maximo acceptum refero, eiq;
immortales gratias ago per infinita secula seculorum.
Amen. Iterum bene valete.

Huius voluminis hic esto finis.

Conciencia de la muerte. El misterio de la muerte es el que más temen los seres humanos, y es que nadie sabe lo que sucede al morir. Los que creían en la vida eterna, se consolaban con la idea de que el alma iba a un paraíso celestial. Los que creían en el infierno, se consolaban con la idea de que el alma iba a un lugar de castigo eterno. Los que creían en la resurrección de los muertos, se consolaban con la idea de que el alma iba a un lugar de felicidad eterna. Los que creían en la muerte definitiva, se consolaban con la idea de que el alma iba a un lugar de nada.

Einigkeit und Recht und Freiheit

INDEX LOCVPLE.

TISSIMVS RERVM NOTABI-
lium, quæ in hac Polyanthæ medi-
cinali continentur.

Theorem. 1. Quibus nominibus morbus suffocatius
tam à veteribus, quam à recentioribus vocetur,
fol. 1.

Theor. 2. An de nominibus sit disputationis, fol. 2.

Theor. 3. In quo agitatur diffinitio morbi suffocatiini,
secundum placitum Apochriphi, qui Marrici
scripsit. fol. 4.

Theo. 4. In quo manifestatur quod argumenta prosunt,
ut veritas manifestetur. fol. 5. b.

Theo. 5. Vbi suam de morbo suffocatio ex ulcere po-
nit author diffinitionem, fol. 7.

Theo. 6. In quo de ulcere cōtagioso aliqua declarātur,
& de pestifero & maligno differit, fol. 8. b.

Theo. 7. Explicat, quid sit ulcus syriacum, igniuomū,
ferinum, cruxrosum, cacoēthes, fol. 9. b.

Theo. 8. In quo de ulcere chironio, & authore est ser-
mo. fol. 10.

Theo. 9. Ibi ponit author morbum suffocatiuum apud
antiquos, ut apud Aretheum esse cognitum &
signa dantur, fol. 11.

Theo. 10. In quo ardua & difficilis curatio morbi suf-

INDEX.

- focatiui ex ulcere ostenditur, fol. 12. b.
Theo. 11. Vbi experientia & cauteria laudantur, cu-
curbitula, fanticula & alia, fol. 13. b.
Theo. 12. Quae partes in ore fauces dicantur, & de consi-
lio aliqua tractantur, fol. 14. b.
Theo. 13. In quo quid sit cion, id est columella, & gurgu-
lio dicitur, & quod cauterijs actualibus, & poten-
tialibus curari potest, si ulcus malignum & pestife-
rum ibi sit, fol. 15. b.
Theo. 14. In quo quid sit gula, aut aspera arteria de-
claratur, quare item quidam aptius liquida, qua-
densa deuorat & contra, & multa scitu digna no-
tantur, fol. 17. b.
Theorema 15. Interrogatur quid sit agendum si agro-
tantes nihil possunt, aut parum deuorare, fo-
lio 19.
Tres assignantur causa & earum defectu, clysteres
nutritiui injiciuntur, epithemata unguenta &
sacculi cordis regioni apponuntur & condita, li-
quida & solida, fol. 21. usque ad 23.
Theor. 16. Vbi quid sit tonsilla vigilanter tractatur,
& quatuor esse testamur, atque modum secandi
docemus, & quid senserint Fallopius, & Fragatus,
fol. 23. b.
Theorema 17. Quid sit isthmus, aut paristhmus exponi-
tur, fol. 24. b.
Theorema 18. An acutum sic guttiris inflammationi-
bus

INDEX.

- bus utile, & fauicium ulceribus. fol. 25.
- Theo. 19. In quo exponitur conferre acetum carbuncu-
lis anginosi oris, inflammationibus, & ulceribus
malignis & perfidis. fol. 26.
- Theo. 20. Vbi iuxta Gracorum mentem iterum de ace-
to disputatur, & an repellentia & in principio etiā
discutientia opifera sint, ex Alexādro Tralliano di-
citur. fol. 26. b.
- Et nostrum decoctum ponimus ad gargarizandum, &
quomodo sit usurpandum damus, & taxamus
præterea Magistrum à Valdiuuelso, & nisi per cu-
bas vitreas aqua distillentur, willipendimus. Ex
vino austero acetum paramus, & intra annum re-
condimus, alioquin calescit, fol. 27. usque ad 30.
- Theo. 21. In quo Arabum decreta circa acetum nota-
tur, laudatur tamen Auicen. fol. 30.
- Theo. 22. Vbi apud Latinos brevis de aceto est sermo,
fol. 31.
- Theo. 23. An acetum cum frigidum, siccum & mordax
sit, in membranis cerebri possit infundi: refellitur
opinio Doctoris Cartagena, & aliorum, qui de ace-
to male dicunt fol. 31. b.
- Theorem. 24. Vbi repudiatur illorum opinio & per-
tinacia, qui in morbo suffocatio ex ulcere, unguē
tum ex argento vino usurpant, ut facit Doctor
Villa-Real, fol. 32. b.
- Theo. 25. Dignior & præstatiōr curatio administratur

INDEX.

per cauteria quasi mortua in ulceribus oris sub lingua tamen ignitis curantur, quā per aliam syluam medicamentorum, cum hoc tamen potentialia cauteria & aīa iuant, de quibus omnibus describit Heracles Tarentinus, & de eius laudibus tractatur. fol. 33 & 34.

Theo. 26. Iterum probatur, quod cauteria quasi carbonizata profunt in ulcere maligno, & perfido oris, Hispane garrotillo, etiam & potentalia, quid etiā sit cauterium parum ignitum, & ex qua materia congrue conficitur; videlicet ex auro, ut dicemus: cauteria parū ignita in os mittuntur, ut ait Hippoc. Galen. Celsus, Fragosus, Caluus: tradit Daçalib. 2. de tumor. ex Auen. terminus cauterizationis est dolor: hallucinatur tamen, quemadmodum de modo auferendi dolorem differit: cauterium profunde non debet pon: glossocathocon os debet aperi: ri, & cetera ibi videbis pueri, & qui sedentariam vitam degunt, & fæmina & eunuchi debilis sunt naturæ, agricola & nauta fortis, post cauterizatiōne succoporū sit abstorsio, multa usque ad fol. 44: scitu dignissima reperies, & quid sit cauterium ex lino crudo, ex fungis, aut ex circulo inuenies, & quid sit fungus, fol. 35. usque ad 44.

Theo. 27. Quod celeberrima parantur cruceria ex auro, ex are & alijs metallis non ita: nam aurum pulchras facit cicatrices absque dolore, fol. 44. b.

Theo.

INDEX.

- Theo. 28. Laudantur cauteria actualia post potentia-
lia, quia illa dicit *Abraçasis* dolorem non faciunt, fol.
46 b.
- Theo. 29. De ignis laudibus & cauterijs, ob formido-
losos aliqua aduertuntur, fol. 47. b.
- Theor. 30. Nulla esse tam bona, qua omnino vitio ca-
reant, fol. 48. b.
- Theo. 31. Nulla sunt ita noxa que interdum non pro-
sunt, fol. 50. b.
- Theo. 32. Quod pueri & infantuli plusquam alij fau-
cium & consillarum ulceribus cruciatur, fonticu-
la profundit, cursim setones, fol. 51. b.
- Theo. 33. De setonibus & fonticulis aliqua declaran-
tur, & ex qua materia setones componantur, & ad
quod tempus debeat esse ulcerus apertum, fol. 53.
- Theo. 34. Ubi probatur quod cauteria potentia-
litas in curatione ulcerum faucium, precipue in
pueris & timorosis, contra apocryphum, & Villa-
Real permisere autem oportet Alexipharma. ut
ait Ludo. Merc. chalcitis sit usta & loca, & qua
quantitas sumitur, fol. 54. b.
- Theo. 35. Quomodo sit uendum causticis potentia-
libus lepide ostendit, & quomodo agrotus sit ponen-
dus puluis cum specillo ponitur, aut lana inuoluto
lauatur ulcerus, nec mirum est, si quicquam deuoreat
infirmus vituperatur medicina, & sequenti folio:
laudatur cum doctrina Pontificum, & Sancto-
rum

INDEX.

- runs, Imperatorum, & Regum folio 56.b.
Theo. 36. An vesicatoria seu rubificantia emplastra,
aut unguenta buboni aut scapulis iuxta hume-
rum recte applicentur: taxatur emplastrum Villa-
Real ex cantharidibus, & earum preparatio ex
Dioscoride ponitur, & an cum aliis, aut pedibus
& capite poni debeant: apud nos rubificantia cle-
mētiora sunt & corrigūtur: & pro quaenque ata-
te parum, aut multum ponatur in scapulis insta-
quantitate & in carpo, & tēpus quod in parte per-
sistere debet, scribitur. Ponitur etiā meū principa-
lissimum unguentū ex vermibus, alcubillos vocā-
tur seu frailes, & preparatio vitri ex Abenzaare,
& quid sit alchitrā declaratur, & multa alia à
Theo. 36. usque ad finem operulæ reperies noua et)
forsan à nullo scripta. fol. 59. usque ad 68.

INDEX SECUNDÆ PARTIS.

- T**Heor. 1. Quid sit fonsicula, & in qua parte in do-
ctissimo Prado fieri debeant, fol. 71.
Theo. 2. In quo probatur quod hemorrhoidibus poda-
gra vertigine noster agrotus corripitur, & sic sub
genis cauteria ponuntur, fol. 72.
Theo. 3. Probatur, quod cauterijs sub genu posicis, fon-
siculae sunt aperienda multorum authorum testimonijs,
fol. 73. Theo.

INDEX.

- Theo. 4. Iurisperitus per idiopathiam cerebri vertigine non laborat, fol. 75.
- The. 5. Quae sit ratio ob quā qui per stomachi cōfusione vertigine infestatur, per cephalica purgac, f. 75. b.
- Theo. 6. In quo satisfacimus Prado inuictissimi Regis famulo, fol. 77.
- Theo. 7. In quo loco admouenda sint cauteria in nobilissimo Carrion, in alijs setones fol. 78. b.
- Theore. 8. In quo amplius de setonibus disseritur, et si Theo 33. dicitum sit, fol. 79. b.
- Theor. 9. Quid sit sentiendum de spherulis, & ad quā curationem speciosa fol. 80.
- The. 10. Vbi quid sit turbith, & hermodactylus declaratur, fol. 81. b.
- Theo. 11. Exponit ex qua materia fieri debeant sphaerulae tam pro infantibus, quam pro alijs, & quid sit bdelium onychidis dicitur, eius loco ponitur therebentina, aut resina pini, fol. 83.
- Theo. 12. An in vertigine, epilepsia, & in morbo suffocativo cauteria iuxta commissuram coronale possit, fol. 86. b.
- Theo. 13. Quomodo ustio fieri debet, & quis fuerit author dicitur melius, & tractatur de calparia, & de mala curatione legati Regis Poloniae, fol. 88.
- Theo. 14. An ad sanguinis missionem & expurgationem, & herbarum collectionem astrologia sit necessaria, fol. 89.

INDEX TERTIAE partis.

THeor. 1. In quo de satietate stomachi differitur, & quomodo infantulis & reliquis præstandum sit remedium, & quid senserint Ludouicus Mercatus, & Vallesius dicitur, fol. 92. b.

Theo. 2. In quo de satietate stomachi (nos cruditatem vocamus) quomodo cognoscitur, & quid sit agendum cum ab agroto Medicus vocatur: accusantur qui contendunt, homines non satiari, fol. 94. b.

Theo. 3. In quo aptius de integra & perfecta cruditate sermo habetur, quam rectius per vomitum expellimus, & per clysterem, quam per expurgantia, assignat tria genera vomitus Mesueus, & quid sit herba fullonum declaratur, de quibus nos in pueris & feminis vomimur, in robustissimis de alijs, ut de vomitu ex raphanis cum hellebore raphnum propinamus, non Helleborus preparatur, ut Mesueus in canonibus ait: absolute dictu veratrū, de alio intelligitur; molle veratrum quid sit, declaratur pusilanimis, & mulieres inepta ad vomitum si aquam gelidā aut crudū lac, aut poione lesum senserint, comedant sardinas cum melle, folio 96. b.

Theorem. 4. In quo demonstratur, qua emplastra proficiuntur.

INDEX.

sicutia sunt ad fastidium stomachi, & ex quibus herbis concipiunt, & quibus oleis innungendus stomachus; quid sit alabastrum, & quare unguem ibire ponat, & quomodo ex Galeno olea oderata unguenta dicebatur: lege a quarto Theoremate usque ad quintum, candida & dulcia proficiatis inuenies. fol. 99.

Theorema. 5. Quid sit agendum si pueri, aut infantulii propter pertinaciam, a denoratione abstinent, & quare admiscentur Theriaca, & quare in purga ad miscetur lapis Bezahar, & qua euphalias ponunt, & pomas sunt olfacienda, vide a 5. Theore. usq; ad 6. f.l. 102.

Theorem. 6. Quid sit elaterium, dicitur, & quare umbilico medicamenta adaptantur fol. 105. buefa.

Theorema. 7. An mulier arcem medicam exercere possit, lege a Theorema. 7. usque ad 8. fol. 107.

Theorem. 8. Quod curatio per feminas pulchras, & non per venulas fieri debet, praecepit in pueris, & de earum vestitu. fol. 109.

Theor. 9. Pater & mater aptius vocandi quam alia hominem turba, & medici naturales. fol. 110.

Theor. 10. Quantum prester lac nutritum, ita ut maior conficiatur gracia inter nutricem, quam inter matrem. fol. 111. buel.

The. 11. Si morbos a sit mulier, quando nutrix est eligenda, & quale lac bonum, a 11. usq; ad 13. The. vide The. 12.

Aaa

Theo.

INDEX.

- Theor. 13. Taxantur qui effrenata medicamenta tribuunt, vide à 13. ad 14. fol. 116.
- Theor. 14. De pinguedine felis, lege à 14. Theo. usq; ad 15. fol. 117. bue.
- Theor. 15. In quo accusantur qui indigenas plantas laudant, multi quippe præstantiores procurandis satiatis, & alijs morbis nostris in virtutarijs nascentur, multa celebrantur de virtibus, vide à Theo. 15. usque ad 16. fol. 120 b.
- Theor. 16. De vite vinifera, & eius fructu multa explicantur, & de etate vini, vide à Theo. 16. usque ad 17. fol. 123.
- Theor. 17. Quid intelligat Galenus per vinaceum, & ad quos morbos veile, de cardo benedicto, & herba viperina, & Plinij obscurus locus exponitur. fol. 125.
- Theor. 18. An argentum viuum absque noxa satiatis possit propinari, vide à 18. Theorem. usque à 19. fol. 127. bue.
- Theor. 19. Gratiioribus plantis delectatur nostra felix Hispania, quam India, probatur iterum, fol. 128.
- Theor. 20. An aurū per os dari possit melancholicis, & satiatis, vide à Theore. 20. usque ad 21. ubi multi confutantur. fol. 129. b.
- Theorem. 21. Quando mulieres ad curationem aptiores velitas hic quam supra scribuntur, fol. 132.

IN-

INDEX QUARTAE PARTIS.

- Theor. 1. In quo demonstrantur laudes aquarum,
& cur aqua dicatur. fol. 133. b.
- Theor. 2. Alterum de laudibus aquarum, & maioris
examinatio. fol. 135.
- Theor. 3. De præstansia aquarum, & quia facilè cor-
rumpuntur, de earum preparacione & correctione,
vide à 3. usque ad 4. Theor. fol. 136. buele.
- Theorem. 4. De leuitate aquarum pluuiarum, leuior
quando citè refrigeratur & calescit, fol. 139.
- Theo. 5. Vbi declaratur, quomodo cum pluialis aqua
facilè corrumpitur, conservat reliqua, fol. 140.
- Theorem. 6. Quando aqua sit substituenda pluiali
non presente. fol. 141.
- Theorema. 7. Quod non qualibet aliqua fontana sub-
stitui potest pro pluiali, quia non astringit, fol.
142.
- Theor. 8. Modus cognoscendi aquas fontanas, an bo-
na, vel mala sint, fol. 143.
- Theorem. 9. Explicat ex quibus fontibus aquæ sint ex-
haurienda, & quas inspicere partes debeant, f. 145.
- Theorem. 10. Conuulsa est ratio eorum, qui aquas pe-
trosas laudant & taxantur cum reliquis Petrus
Mexia. fol. 146.
- The. 11. In quo tractatur quādo aqua vicē fontanarū
AAA 2 pense,

INDEX.

penset, & si praeferint, quomodo corrigantur. fol.
147. buel.
Theo. 12. Per quas plantas & riuulos percurrere de-
bent aquæ, ut sint laudabiles, fugiendum a rho-
dodendro & taxo, & de aqua fluminorum, & puteo-
rum differitur, fol. 148. buel.

INDEX QUINTAE PARTIS.

Theor. 1. Quid sit siligo, & an semen, vel farina
purissima tritici flavi, aut lutei, vel canderusij
sit, examinatur. fol. 151. buelta.

Theor. 2. Quod omne genus tritici maturum esse debet,
etsi aliter consilante Diosc. Theophrast. & Plinius,
vide a 2. Theo. usque ad 3. fol. 152. buelta.

Theo. 3. In quo aliae selectiones tritici flani & canda-
rusij considerantur, & cui terræ sint mandanda, di-
citur, fol. 154.

Theor. 4. Quo tempore sic triticum terra mandandū,
& de eius viribus, & quantum conferat præsen-
tia domini ad seminandum, aliaque omnia, vide
Theo. 4. usque ad 5. fol. 156.

Theor. 5. Quantam curam ponere debeat agricola ad
seminandum, ut bonum semen fiat, & qui fuerint
Imperatores agricolæ, qui suis manibus herbas euc-
lubane, suaque nomina ponebant. Fuit Genius a
quo herba Götiana, & Rex, fuit Iuba, & Hisma-
chus

INDEX

- chus, fuit Rex Eupater, qui herbas non solum inue-
nerunt, sed suis nominibus indiget arane, ut Pli-
nius conscribit. fol. 153.
- Theo. 6. De vigilancia agricultor ad arandum, & quo
modo prescindere terram debeat. fol. 159. buelca.
- Theo. 7. In quo cubiculo probè concuruetur ericium, &
canderusii, ne à bestiolis infestetur. fol. 160. buel.
- Theo. 8. An plurissimæ valoris tricium candalusism,
aut flanum, campstro, aut hortulanum, & quantū
præstare herbarum cognitio. fol. 161. buelca.
- Theo. 9. In quo disputatur, quod panes parandi sunt
ex farina non mulcum molita, qua non sit noua, cū
fermento, aqua pluiali, & sale, & quæ noua di-
catur in hac nostra regione. fol. 163.
- Theo. 10. In quo satis fermenti quantitas ventilatur
ad panes conficiendos, & an calidus sit sumendus,
& quantam quantitatem habere debeat. fol. 165.
- Theo. 11. Quibus herbis, aut arboribus clibanus igni
faciendus sit, ut panis gustui, & saluti sit accom-
modatus. fol. 167. buel.
- Theor. 12. Ubi quid sit furnus & clibanus exponitur,
& quomodo discernantur, tractatur. fol. 168. buel.
- Theor. 13. De virtute salis, & quomodo cura calidus
sit, & siccus, suam seratem extinguit, & temperat.
fol. 171. buel.
- Theor. 14. An substitui possit aliud pharmacum ad si-
sim arcendum loco salis. fol. 173.

Theor.

I N D E X.

- Theorem.15. Quae sit ratio, ob quam p̄cora saginantur sale, cūm certum sit corpora macrofacere, fol. 174. bucl.
- Theor.16. Plurima salis genera, quodlibet eamen p̄fas vicem alterius, fol. 178. b.
- Theor.17. In quo disputatur quid sit sal Indus, & quid eius loco substituietur, fol. 179. b.
- Theor.18. In quo disputatur non esse mirum homines errores committere, fol. 180.

F I N I S.





MATRITI,
Apud Ioannem Gonçalez.

Anno M.DC.XXV.

MATRITI
and Jossueni Concessione

anno MDCCCLXIX





33

Sight. Top.

Est. 54

Tab. 2

Num. 6



4429